neat ꝛ abstrahat/ois impfectio. Idem de vita. idē de bonitate. idem de sapia. idē de potentia. ꝛ consilibus pfectionalibus p̄dicatis. vñ sicut facta abstractōe a conceptu vago huius hois visi de situ/motu ꝛ figura ꝛ ceteris accidentaliū conditionū inuolutis/resultat agalma. i. hois imago/ꝝm grecū. hoc est cōceptus specificus ꝛ absolutus hois. sic de esse iudicat/dum fit abstractio huius qō est esse a potētialitate. priuatione. dependētia. ꝛ alia q̄libet impfectiōe: resultat tunc cōceptus dei ꝑ prius ꝛ absolutus. ¶ Addunt argumentū qr deus hoc esse sibi nomen ꝑ priū rñdit mo ysi dicēs dices inquit/q̄ est/misit me ad vos. ¶ Affirmant isti sile de cōceptu bonitatis sicut in lege noua rñdit xp̄s solus deus bonus est. flecti videnē in hanc suiam Aug. pluries/noiatim/in suo octauo de trinitate/vbi in bonū absolutū docet ferri ꝛ sequat eius Bonauētura i suo itinerario sexto. ¶ Sz ecce nescio q̄ pacto dum practicā dare professus sum mysticā theologiā. relabor rursus ad speculatiuaz. sed nō supuacue. Est quippe vbi necessariū/o aia q̄ in deū ferre queris te p anagogicos excessus vt auertere discas te. p innatā vim abstractiuam a fantasmatibus/sicut abstractiua virtus inferior in brutis ex speciebus sensatis elicit insensatas. Scieris q̄z impfectiōes secernere a pfectionibus/vt tandē pure a liquid pfectū tibi resplendeat in essentia ꝛ bonitate. ¶ Loquamur tñ p minus eruditis in methaphisica seu theologia/ꝛ dicamus. si possumus/q̄ pacto q̄ve obseruatōnis studio/poterit se spūs a fantasmatibus auertere dum anagogicos aut supmentales q̄rit excessus. Et fortassis hoc poterit fieri si in omni cognitōe/ꝛ meditatōe sua de deo nequaq̄ sistat hō in cognitiōe. sed aspiret p vim affectiuā/quasi cordis ore inhiante in suā potentiā/ꝛ in suā sapiam/in suā bonitatē saporandā/ꝛ gustandā/tanq̄ eius/qui totus est terribilis in consilijs sup filios hoīm/p maiestatē potentie dominātis/iudicādisq̄z. totus magnus ꝛ mirabilis in sapia cuius nō est numerus. totus deniq̄z suauis. totus desiderabilis. totus amabilis valde/in bonitate ꝛ torēte voluptatis sue. Occurret tibi sic nitenti/sic intēto plurima turba fantasmatū. credo equidem irruent importune fantasmata ꝛ irrumpent in vtrosq̄z oculos tuos interiores. Tu vo fortiter abijce eos/usq̄ tū potes manu meditatōis ꝛ velut excusso capite spūs liber euadere labora. aut tu q̄si dissimulatis eis spretis ve pge q̄ pgis. ꝛ p medium agmen illud improbū/alacer erumpe. Sitis te spūalis extimulet. vt quēadmodū desiderat cervus vndiq̄z canū morsibus patēs et supcalescens ad gelidos rutosq̄z fontes aquarū. sic tu labora cōtra impedientia fantasmata vt possis et tu dicere. roze sancti spūs calefactus desiderat alia mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuum/q̄n veniā ꝛ apparebo ante faciē dei. ¶ Sic to aūt q̄ nisi te prius expurgaverit timoris lima/p integerrimā ꝛ nō fictā pniam/nitimens insup elimata peccati scoria. clara refulserit p reformatōnem in nouitate spūs ꝝm duos actus hierarchicos primos qui sunt purgare ꝛ illuminare/vanum. prius erit tibi ante lucē surgere. ad hoc pcerōis culmen. Surgite ꝓinde post q̄ sederitis q̄ manducatis panē dolorus in timore sz sine quo iustificari nemo pōt/ante deū. Improbe audes irrumpe in oscula ois/si nec pedibus cum lachrymis/nec manibus cū gratiarū actōe prius illud clare curnauer ¶ Attuero dum eousq̄z puenerit bñ cōsciās mēs ꝛ mūda vt nec gaudia neq̄ aliud oīno vel seruile vel mercēnariū animia recogitet. neq̄ ꝓterea de deo quicq̄ negocios durū/asperū/vel turbulentum penset sicut de iudice retributore vel inflictore vindicte. Sed hoc vnicū venerit in mentē/qr totus desiderabil" ē/suauis ꝛ mitis/tot' amatus et iā si occiderit dignissimus. dum solus ita placuit amoris negociū. inuolutū tunc ad amplexus spōsi. stringe pectus illud vinū totis amicicie puriſſime brachijs. figge oscula castissima pacis exuperās oēm sensum. vt ꝛ dicere subin de possis gratulabunda ꝛ amorosa deuotōe/dilectus meus mihi ꝛ ego illi ꝛc.

¶ Finis.

¶ Tractatus venerabilis mgri Johānis de Gerson de eludidatione scholastica mystice theologie sub duodecim cōsideratōibus gradatus.

Quibus datum est nosse mysterii regni celorū. dicebat iesus discipulis suis. Propter qđ ꝛ alio loco exultauit in spū dicens. Confiteor tibi pater rex celi ꝛ terre. qꝛ absconditi bec a sapientib⁹ ꝛ revelasti ea pvulis. Hec mysteria sunt q̄ loquebat apl's pfectus, et in quibus excedebat deo. q̄ ia tradidit ex revelatōe sua diuin⁹ dyonisius/in de mystica theologia. ꝛ de diuinis noīb⁹ pserti ca. vij. vocās hanc sapiam irrōnalē stultā et amentē. Qua sup sapia oudū opuscula duo scripsimus. Scripserūt ꝛ alij noīa ci via in deū vbi determinat finaliter ꝛ ex intentōe q̄ apex mentis ferē in deū p amorem extaticū absq̄ p̄uia vel cōmitante cognitōe. Et hoc est mysticū ꝛ absconditū qđ nemo sapientū seculi capit. Consentire videt dns Bonauentura in itinerario ca. vij. ꝛ vlti. Alioquin p̄terea nō videtur possibilis vltima industria quā notauimus ibidē. Pp̄ā a fantasmatibus auertere. qꝛ cum necesse sit fm pbm oēm intelligentez ta speculari. optet si nō speculentur q̄ aīa ferat in deum q̄ p intelligentiā vtvi dē. Presupponētes igit oia q̄ diuinus Dyonisius cum suis expositoribus super hac theologia tradiderūt ꝛ exposuerunt. possumus ad intelligentiā dicti huius Dubitationis de balma cōsiderare tres modos/quibus videl posse fieri q̄ amor sit absq̄ cognitione. vnus est de amore pure naturali: scōs de amore pure supnaturali. tercius ē de amore habituali/vel potius ex habitib⁹ elicito libero ꝛ actuali. Est insuper triplex actualis cognitio q̄ tum sufficiat ad p̄sens. quedā recta. quedā reflexa. ꝛ vtraq̄ pōt esse vel simplex vel cōplexa. spālis vel confusa. Quo circa notē ad elucidatio nem p̄missoꝝ numerus duodenarius cōsiderationum.

Consideratio .1.

Dat amorē naturalē causari sine p̄uia cognitōne in re q̄ diligit amat vel appetit. Patet in hō q̄ in omni re fm Dyonisiū inuenit amor naturalis. vñ Boctius. O felix hoīm genus. si vestros aīos amor quo celū regitur regat. Non est autē in celo materiali sicut nec in rebus alijs aīa carentibus/cognitio q̄uis pondere sui amoris impsso ab intelligentia p̄uia nō errante/ferunt̄ quo ferunt̄/multo verius ꝛ certius/q̄ sagitta moueat ad signū ex impetu p iacientē impsso.

Consideratio .2.

Dat hoīem p amorē naturalem nō liberū/ferri in deum/ nō ex actuali cognitōe q̄ talem in ipso causet amorē. Sequit̄ ex p̄nti. non em̄ minus est amor naturalis in aīa rōnali q̄ in rebus ceteris aīa carentibus. immo nō stat hoīem esse sine pondere naturalis huius amoris q̄ ferē in deū/etiā si damnetur in inferno. Consurgit exinde vermis ille senissimus/quē conscie remorsum appellamus. vñ verificat̄ de ꝓpheta. Non ē pax impijs dicit dns. Et illud de dānatis vermis eorū nō morit̄. Benigs cum peccato nequit ꝓpter hoc esse salus perfecta vel eterna. Dic amor est aduersari⁹ nostre fm legē carnis corrupte. cui p dilectionē liberā cōsentire nos cōuenit. dum sumus in via si nolumus tradi tortoribus in gehennā.

Consideratio .3.

Dare nō pōt q̄ amor etiā naturalis fiat/aut maneat/absq̄ omni cognitōe cōiuncta vel separata Be separata quidem hoc certū est q̄ concurrit ad quēlibet amorē/dum p̄ducit ꝛ seruat̄/primū cognoscens qđ est deus. Ceterum potētia quelibet cognoscitiua rōnalis nō minus pōt exui a sua cognitōne naturali/q̄ a suo amore. Propterea manent semp ꝛ iunguntur in eadem natura cognoscēte. amor ꝛ cognitio naturalis. Verū aūt posset esse potentia cognoscitiua q̄ nō eēt quōlibet appetitiua? puto q̄ ñ. qꝛ nulla res pōt eē q̄ nō appetat bonū. est em̄ bonum qđ oia appetunt. Vellent aliqui fortassis econuerso sitr dicere/q̄ nō est appetitus sine cognitione qualicūq̄ licet imꝑfecta valde/que est tā q̄ aliqua naturalis impssio/cōsequens ad p̄mā cām efficientem/exemplantē/ꝛ finientem. Sed iste

modus nō recipiē cōiter sicut nec ponit in rebus nō cognitiuis delectatio de q̄ magis videret q̄ q̄ ab aliquibus philosophātium vtrūq; positū videat. cōformiter ad vsum cōem q̄ dicimus pratum ridere vel gaudere dum floret ⁊ florescit et vernat.

¶ Beatus est qui liberū amorē suū cōformat ifti naturali/q⁹ si duo cōsentiunt/fiet ipsis a patre quicquid petierint. Quippe nō petent nisi deū vel cōforme deo sit ⁊ nature primitus instituite.

Consideratio .4.

Dat hoiem ferri in deū p amorem liberū supnaturaliter infusus vel conseruatū. nulla in ipso cognitōe libera cōcomitāte vl̄ p̄uia respectu illius amoris. ¶ Constat em̄ q̄ amorē libere elicitū ab hoie posset deus cōseruare destructo oīs cognitōnis actu. q̄ posito diligeret hō deū/tunc intellectualiter nō cognitū saltē cognitōe q̄ sit actus scōs elicit⁹ qō dī p̄pter immediate notata de cognitione pure naturali q̄ est primus actus essentialis aie/immo non est nisi aīa/ p̄pter qō ab ipsa separi nō p̄t ista stante ac pinde noiatur entelechia. ¶ Sil⁹ diceret si deus p se immediate causaret actū amoris liberum in volūtate/nō cōcurrente intellectu vt intellectus est/iuxta positionē quorundam dicentiū q̄ actus beatificos in patria p̄ducit solus deus.

Consideratio .5.

Dat varietas eorū q̄ tradūt de theologia mystica q̄ cōsistat i amore solo ⁊ q̄ amor ille supnaturaliter inspiret illis q̄ cōpiscūt sapientiā. Spectat hoc ad potentiā dei p̄ut ex p̄cedēti p̄stat. Spectat ⁊ ad ipsi⁹ sapiam atz bonitatē. vt sapientibus os mētis inspiret spīm amor⁊. neqz neget mūdis corde oscula postulatū/iz p̄ueniat etiā in bñdictōibus dulcedinis/desideriū pauperū/q̄ cuz daniele sūt viri desideriorū. Satiet insup puulos suos eterna sapia/ab vberibus cōsolatōis sue/tanq̄ pia mr̄. cuius vbera nō fingit/q̄ nō veraciter absq; fictōe se p̄stituerit vt puulū sub ea/iuxta sniam xp̄i q̄ sit ē spōsus ⁊ spōsa. pr̄ ⁊ mater. amicus ⁊ amica. q̄m amor spūalis sexū nescit. ¶ Tōte hec nichz tota fere scriptura deduci ad hūc sensum. Actuero nihil ad philosophātes sup hoc assiduo p̄ deuotis miraculo. Propterea dī hec sapia mystica appropriata p̄sonis esse/taz a dyonisio q̄ a ceteris. Et ita p̄troversia vel dubietas oīs cessat. hac p̄te/q̄m stat apicē mentis in deū ferri/sine cognitōe actuali p̄uia. vel p̄comitāte sic accipiēdo q̄ cognitio nō causat amorē illius supinfusum/nec oportet vt comitet ipm̄ distinguēdo cognitoz apphensiuā vel declarativā/ab experimentativa affectuali.

Consideratio .6.

Dat vt amorē supinfusū comitet actualis cognitio q̄ patet intelligibiliter amor ille/hoc est q̄ iudicat aīa se amare/⁊ deo delectari/imo ⁊ ignote ignotis p amorē iungi. Propter intelligētia memorē illis de cāticis. Auerte oculos tuos a me. q⁹ ipi me auolare fecerunt. Vbi colligit q̄ duo sunt oculi alterius. vnus spectās ad cognitiuā potentialis. vnus spectās ad cognitiuā potentiā alter ad affectiuā. Ille scōs p̄prie dī oculus amoris vel oculus spōse. De q̄ in eisdē canticis. Vulnerasti cor meū in vno oculorū tuorū. Contingit aūt q̄ dū aīa fert in obiectū p oculū amor/si tēperet intelligere/dū sit illud qō diligit/euolat dilectio. ac pinde dī euolare dilectus. Nihilominus est aliter possibile q̄ ⁊ dilectio maneat ⁊ cognitio sit talis dilectōis ad tp̄s p̄sitat. Alit̄ enī non potuisset tradi vel scribi qualiter cunqz noticia de theologia mystica vt qō illa est cōiunctio amorosa dilecti cū dilecto qō expurgat oēm sensum/q̄ vulnerat q̄ coniungit ignotis ignote/tanq̄ in diuina caligine cum sil̄ibus multis.

Consideratio .7.

Dat q̄ amor hmōi supinfusus maneat absqz charitate/sicut p phetia sic̄ fides ⁊ spes ⁊ alia caret infusa. Propterea talis amor nō est ignis infallibile gr̄e gratū faciētis. Cōsonat his cōis schola doctoz/q̄ nemo scit an amore dei hāt iuxta illud. Nemo scit an amore an odio dignus sit. q̄uis istud intelligi videat de amore p̄destinatōis ⁊ odio reprobationis.

batiõis. ¶ Valet hec cõsideratio p laude charitatis vt qui gloriat̃ p mysteriorũ cognitionez in dño glorietur. Si nouero inquit apls mysteria oia inter q̃ est plane mystica theologia. nihil sum. Veritas est/ q̃ sicut de donis z beatitudinibus loquit̃ sic de sapia mystica. ¶ Loquunt̃ de ea aliq̃ doctores nõiatim Hugo de balma. qui includit charitat̃. Propterea dicit q̃ hec sapia excellentius donũ est q̃ sola gra gratum reddẽs. Nimirũ qz gra est gratificans/ z sapia sopulcra z delectans.

Consideratio .8.

Dat dilectionẽ liberã z elicitã naturalr poni in apice mẽtis q̃ dr ab aliquibus sinderisis absq̃ hoc q̃ mens se actualiter iudicet aliqd dilig:re/ q̃uis ista dilectio cognitionẽ seq̃atur z pcomitet. ¶ Concederẽt istã pbi naturales ac pinde multa saluarẽt absq̃ miraculo/ sup his q̃ de mystica theologia tradunt a catholicis. ¶ Studuimus in duobus opusculis d mystica theologia pdẽ ꝓpositis q multas ꝓsideratões z inductiones ista determinare voluit ad cõem intelligentiã z pbiam deducẽtes hãc sapiam. nõ q̃ secludere vellemus diuinos z supnaturales influxus. absit hec pelagiana temeritas. sz cõsone loqui volumus pbis z scholasticis theologis/ talia q̃ nõ abhorrerẽt a suis traditoribus z scholis z si effectũ est/ q̃literq̃ exprte/ iudiciũ sit legẽtiũ. z gloria deo. si vo nequa q̃/ ignosce tu deus et tui. ¶ Veruntamen tota rõ cõsideratois pntis consistit in hoc q̃ dicit pbs de vehementer habituatis q̃ in suis actiõibus nõ deliberãt aut saltẽ ita se bñt q̃ se deliberare nõ inducant. Agit enim ars pfecta mõ nature. sicut oiũ dũt oes artifices/ ẽt mechanici circa exteriora laborãtes textores cytharistę scpto res ꝛc. Quãto amplius hoc inueniri põt in actiõibus immanẽtibus vel intrinsecis. Nam z sepe multa cogitamus/ multa diligimus sub omni facilitate/ q̃ nec cogitare nec diligere iudicamus. ¶ Recedit nihil ominus z comitat̃ naturalr in omni dilectionem. z si cognitio reflexa/ tñ recta. Hec est tradicio oim tam pborũ q̃ theologorũ z moraliũ cũ expientia dicentiũ pvocem Aug. Inuisa diligere possumus/ incognita nequaq̃.

Consideratio .9.

Dat simplices idiotas p fidem spem z charitatẽ citius z sublimius peruenire ad theologiã mysticam. q̃ eruditos in theologia scholastica et discursiua. ¶ Sũt ad hoc multe rõnes q̃z aliqs notat sctus Tho. ingrẽs cur simplices sunt aliq̃n deuotiores q̃ lrati? Ita fides taliũ min9 est inquieta p fantasias priarũ opinionũ/ q̃s nec audiũt nec cogitant. Sũt insup hũiliores. cũ quibus gratiã dat de9/ q̃ cũ simplicib9 gradit. oẽm vo superborũ z sublimiũ colla ꝓcul vtute alcauit. ¶ Preterea simplices bñt aliq̃n curã d salute sua maiorẽ in timore et tremore. ¶ Qualiter aũt sit istis simplicib9 imo z pueris ambulandũ p mystica sapia/ tetigim9 in opusculo quodã de simplificatõe cordis/ via sctã. ¶ Dicebat vn9. Ego p. xl. annos z amplius versaui z reuersaui/ multa studẽdo/ legẽdo/ orãdo/ meditãdo/ in ocio tpis multo/ z nihil inueni ꝓpẽdiosi9/ efficaci9 vt ad ꝓsecutionẽ theologie mystice/ q̃ vt fiat spũs et aia sub deo/ ta q̃ puul9 z puula/ in q̃ metaphoraliter dictã vbi mẽdiatas spũalis locũ habet p̃cipuũ. cũ fide simplici q̃ deus puer natus ẽ nobis. z puulus datus ẽ nobis.

Consideratio .10.

Dat ꝓcordia theologoz z d theologia mystica loquẽtiũ. ꝓmissis ꝓsideratõibus sicut arbitramur attẽtis. ¶ Cũ pbis aũt fidẽ caretib9 ne q̃t esse q̃uentio in hac pte. Rõ qz nolũt credere vt intelligãt. incedẽtes crassa cerui ce/ et recto collo/ noletes captiuare oẽm intellectũ/ neq̃ volũtatẽ i obsequiũ xpi. Quãobrẽ verissime enũciatũ ẽ q̃ hec est xprie ꝓpria sapia xpianoz. tã q̃ fons signat9. cui nõ cõcat alien9. qui carnalis hõ non pcipit ea q̃ dei sunt. Stulticia est enim illi dũ fit ei xps petra scãdali z signũ cui ꝓtradicit. dũ nõ intrat postiũ vt pascua inueniat. maxie qz non vult mãducare panẽ de celo verũ nec bibere vinũ germinãs vgines. Per cuius tñ sacre cõionis frequentationẽ sup olaꝛ

homo denotus ⁊ habilis ad theologiam mysticã. si vitam ⁊ mores huic salutifero sacro conformare non omittat / put alibi sub cõsideratõe multiplici notatũ est.

Consideratio .11.

Care neqt vt theologia mystica sit in hoĩs mẽte sine q̃licũ q̃ dei cognitõe. Fuerũt q̃ dicerent nihil nos cognoscere de deo nisi p abnegationẽ. Contra q̃s est cũ rõne ⁊ auctẽ articulus pisius ꝺdenatus. Sed aliunde deducẽ ꝓsideratio pñs notãdo q̃ ois apprehensio vel mot[illegible] intellectualis / siue de deo vel de alijs / fi põt cognitio. imo ⁊ visio / p illũ loqnꝺi modũ q̃ vtimur de sensibus exteꝛ[illegible]abus. vbi ois sensatio visio noiaẽ. ꝓbicimus vide q̃liter hoc sapit. hꝰ olet. sonat. suaue est. ledit. Sed materia de his sensibus in intellectu ꝓportionabiliꝛ existẽtibus / latiꝰ q̃ vt differatur ꝓ pñti. Sic eñ vocãt Arist. ⁊ Basilius intellectũ sensum. Sic cõis vsus dicit de bñ iudicante. Iste bñ sẽtit. iste clare videt ĩ materia Sic Greg. in omel. Amoꝛ inquit ipse cognitio est. Et vere sic est ꝑm tactũ / gustũ / et olfactũ spũales. imo tñ potioꝛ ꝓceptibilioꝛ ⁊ purioꝛ est cognitio / q̃to intimioꝛ circa deũ q̃liter ipm tãgũt / gustãt / ⁊ olfaciũt mystice theologisantes. nõ auditoꝛes tñ. sed inspectoꝛes / sed factoꝛes. ꝓponaẽ exemplũ puuli sup matrẽ suã dũ sugit ⁊ amplexaẽ eã. qui plerũq; nihil videt / nihil audit aut saltẽ non iudicat se videre / vel audire quieq̃ / totus in lactatiõe vñ delectatio dicta est occupatus. Tunc nihil cogĩscit sub q̃cunq; rõne reflexa etiã q̃ lac sit dulce vel bonũ / vel ens vel nõ ens sed tñm lactã / dum se vberibus imprimit. Et fit mulcebris quedã opatio expimẽtatiua / nõ reflexa / nec declaratiua / nec enunciatiua. Felix puer ille etiaꝫ si centũ sit annoꝛum sub sapĩa matre sua / q̃lis erat magnificus rex ille dauid puulus in oculis suis / ⁊ virilioꝛ ceteris añ deũ. Fundemus sup hãc silitudinẽ sensuũ spũaliũ ad corpales / sil'itudinẽ aliã ꝓ theologie mystice cognitõe cõuenientẽ. Cõstituamus duos hoĩes cotã oculis nr̃e cõsideratõnis / quoꝝ vnus sit acutissimus in duplici sensu visus ⁊ auditus ꝫ habeat hebetatos penit⁹ ⁊ obtusos tres alios sensus. q̃ sũt olfact⁹ gust⁹ ⁊ tact⁹ Constituaẽ alter qui cecus sit ⁊ surdus. ꝫ habeat expeditos alios ⁊ viuaces. olfactũ gustũ / et tactũ. Constat q̃ iste scõs poterit maioꝛes expiri delectões. sensuales q̃ primus. Coiecturemus ex ista silitudine q̃ phi vel theologi lr̃ati / vigẽt in visu ⁊ auditu spũalibus. sed euenit multis q̃ tribus alijs careaẽt sensibus vel impeditos / vel obtusos ꝓfus hñt. Prouenit eõtra de simplicibus illiteratis / q̃ velut ceci ⁊ surdi sũt ad phĩe scholastice ꝓceptionẽ q̃ ceteris sensibus vigent in spũaliũ olfactu gustu ⁊ tactu. Nullus q̃ mirabiẽ ista cõsiderans ꝫ simplices illiterati ceci ⁊ surdi nisi quanq; fides insonat / oblectãt in deo quẽ desiderando ⁊ amãdo olfaciũt / gustãt / ⁊ amplexando tangũt. Habẽtes q̃ vite puritate et simplicitatẽ sensus istos purgatos / atq; reformatos dũ in alijs male viuẽtibus pennis stupidi sunt / nec pci possunt ea q̃ de diuinis suauiter redolẽt sapiũt ⁊ mulcẽt. q̃uis videãt ⁊ audiant. Exẽplũ sile de canibus venaticis respectu nõ venaticoꝝ posset induci. Reducunẽ insup isti quiq; sensus ad duos oculos q̃ sunt intellectus ⁊ voluntas cogitatõis. ſ. amoꝛis. Visus eĩ ⁊ auditus p appropriationẽ magis spectat ad intelligentiã. ceteri tres ad affectũ vel amoꝛẽ

Consideratio .12.

Tant sil'affectualis cognitio theologie mystice / ⁊ alter modus ꝓplatõis qui dĩ pure ⁊ li qui de veritatis diuine. Sunt diuersi tractatoꝛes de vtraq; ꝓplatõe ⁊ varie quelibet figuraẽ. Affectualis in maria sedentes in spõsa q̃ delitijs affluit innixa taliter sup dilectũ suũ. Intellectualis vo in isr' ⁊ rachel. ⁊ in spõsa ascẽdẽte sicut aurora luna et sol. Sed optet q̃ intelligẽtia ferat in deũ sine hic ⁊ nunc. hoc est sine continuo tpe ⁊ ita sine cõmixtiõe fantasmatũ. Hoc vo tante difficultatis esse dicit Aug. cõfa nans platoni ⁊ sequacibus q̃ nõ nisi in raptu quodam more choꝛusatõis posse sincera veritas hec cognosci etiã a paucis et raro. Quẽadmodum nõ ita sensẽrũt de theologia mystica affectuali / qui eam affec

quibilem tradunt. ¶ Possibilitatē deni-
gꝫ cōsideratōis huius suadent ea q̄ in pau
lo facta sunt et in beatis cōplebunt. Sed
ampliorꝫ pfectio nō est opusculo pñti ne-
cessaria nec possibilis brevitati. ¶ Beniqꝫ
distribuit vnicuiqꝫ deus mysteria sua put
vult. qui hodierna solēnitate ascēdens in
altū dedit dona in hoibus. In cuius cō-
memoratōe solennitatis hec scripta sunt
Lugduni ad elucidationē scholasticā/my
stice theologie/cōsistens in amore p Johā
nem de Gerson cancellariū parisien. An-
no. M.cccc.xxiij. prima Junij.

Conscius ē animus meus. expiētia testis.
Mystica q̄ retuli dogmata vera scio
Non tñ idcirco scio me forē glorificandū
Spes mea crux xpi Gratia nō opa.

Lamen de purifi 2

catione sensuum interiorum.

Gaudia queris — Cor tibi frustra.
Sensibus berens — Infatuatis
Carnis amore — Lactus z auris
Naris odora — Vis oculorū
Lingua sapora — Pi tibi sensus
Quinqꝫ dati sunt — Spūales
Quos ebetauit — Morbidus intro
Corpis humor — Horridus/asper/
Fedus/z ater — Spurcus/amarus/
Vis repatur — Contere rete/
Noxius humor — Ote vomenti
Prodeat extra — Jam minus egri
Celica carpent — Gaudia sensus
Obiciet se — Tunc deus vltro
Omnis fiet — Omnibus vnus
Pure melodus — Ote saporus
Lux oculorum — Hauriet eius
Naris odorem — Lactus in ima
Suauiter ibit — Nectet vtrinqꝫ
Spūs vnus — Corqꝫ deumqꝫ
Influa tanta est — Vis in amore
Si tñ assit — Gratia formans
Caliter acto — Respicit ois
Carneus actus — Finit.

Opusculum epistola

re mgri Johannis de Gerson cancellarij
parisien. de religionis pfectōne z modera
mine ad Guilhelmū minanci quondam
medicū dñi cardinalis Galliciarum. tunc
aūt monachū domus maioris carthusie.

Gratia vobis z pax i xpo ie-
su. Vtiqꝫ dicetis mihi p similitudinē. Medice cura
teipm. Itaqꝫ qui aliū do-
ces ait apls. cur teipm non in-
struis? Sed rñdebit p me sapientis inssio. Honora inquit medi-
cum. Et iterum. Da locū medico. Ratio ē
q̄ disciplina medici exaltabit caput eius.
Nam que pōt in medico disciplina inue-
niri melior/q̄ vt relicta seculi pompa reli-
cta arte sua. relicto demū seipso qō maius
est/tradiderit se medicus noster disciplī-
ne maioris carthusie. Talis em̄ tu es cui
nunc ipse rescribo/qui dignaris exquirere
discipline doctrinā/ab illo qui tali nunqꝫ
subiacuit discipline. Nihilominus in ver
bo summi medici nri dñi iesu xpi/qui ius-
sit oñi petēti se tribuere. Et rursum. Ape
ri os tuum z rego adimplebo illud. qui est
magni consilij angelus voc̄atus admira-
bilis. Audebo tuis medice carissime que-
stiunculis que satis cōes sunt/apud egros
spūales in religionū grabato laborātes. re
media/nō dicā invenire/sed inventa dest
gnata p doctores repetere. Cōmunia qui-
dem z vulgata neqꝫ cōpāda subtilibus ar
tis medicine spūalis apicibus. sed tāqꝫ rū-
des aliquas receptas visum fuit cōsidera-
tiones pauculas annotare. ¶ Sunt autez
tria q̄ querunt in forma. ¶ Primo vtruꝫ
quis exercitiū oronis cōtinuās/vel alia ex
ercitia spūalia cuꝫ affectu. vtputa lachry-
rum ꝛc. sentiens se in viribus debilitari p
pter hmōi exercitium/z remitti in ceteris
corpalibus laboribus/vtpote in cantu fo-
ti z silibus vires corporeas exigētibus sit
reprehensibilis? ¶ Cum tñ dicit apls. Psallā
spū/psallam z mente. Pensat em̄ deus po
tius corqꝫ verba. immo ꝓpter laborē can-
tus nō pōt debita devotionē habere dum
cantat. ¶ Secō si rōne debilitatis corpis
vt fortior sit ad portandū ordinē siue pro-
fessionis sine consciē scrupulo lautius vi-
uere possit q̄ ordo seruet/vel ad ꝓhiben-
dum lapsum in egritudinē ad quā est dis-
positus/vel dubitat incidere in futurum?
¶ Tercio si orās solitarie ex debito vtpo-

se horas canonice instituetas/teneat verba adeo articulare pferre z explicare vt seipsum audiat. Cum frequentius aut rone debilitatis aut grauedinis corpalis non sine graui labore ad plenū id queat. Corde tñ dicet z formabit/aut al's eleuatõe mētis affectus cessabit officiū lingue licet nõ cordis. Bet dñs rñsionem veram scribere salubrem z efficacē. Et velut ab alto repetētes dicamus p prima cõsideratione.

Consideratio .1.

Religio xpiana sub vno supmo abbate xpo/sola est salutaris z pfecta. Siquidē extra illam nõ stat salus neq; pfectio. Bocet autē sufficiēter ad pfectionē puenire salutarem sub ea z in ea. oēs recte viuentes. Unde sequit pinus neminē iudicandū extra statum salutis aut pfectōis esse/qui viuit sub xpiana religione. Valet aūt hec cōsideratio ad humilitatis cōseruationē inter mēbra corpis xpi mystici. z vt abiecta presumptione pharisaica z murmuratiua cōtentione/membra se inuicē honore pueniant/iuxta monitionē apli. Nec aliquis in ecclesia sibipsi de statu pfectionis sup alterū inaniter blandiat/vt qui monachus est/nō monachū nō spernat: neq; secularis solitarium diiudicat.

Consideratio .2.

Religio xpiana q̄uis vna sit/nihilominus distincta est multiplici z pulcra varietate graduz meritorū/z ordinū/p̄m operationē spūssancti qui distribuit vnicuiq; put vult. q̄ eñ a deo sunt/ordinata sunt. quid aūt magis pcessit a deo q̄ religio. sed q̄ religio? Religio vniq; xpiana que est ecclesia xpi sponsa. Est igit̄ in ea ordo qui describit̄ esse parium dispariūq; rerū sua vnicuiq; tribuēs dispositio seu collatio. Neq; eñ solitarium deus tñ est/z in cōi viuentiū sed z seculariū/vtriusq; sexus/z cuiuscūq; status. Sequit̄ pinde rōnem esse in efficacē dicētium illos semp cū reatu grādi remoueri a dño suo xpo iesu quibus dat aliqñ cōsiliū ne votis aliquibus se subijciāt vltra legez nōem xpi. Pōt fatemur hoc male. p̄t z nonnunq; bñ pie z di crete suaderi. Neq; eñ oēs capiunt verbū istud. Sed de hoc alibi Nunc pgamus vltra/quo cepimus.

Consideratio .3.

Religio xpiana q̄uis exēdat se ad oem xpianū/artū appropriato quodā vsu loquēdi restringit ad religiones/quas Anselmus appellat facticias. q̄ lz etiā multiplicib⁹ modis varie sint. vniunt̄ eñ triplici voto. s. obedientie castitatis z pauptatis. In quibus stat essentialis rō talis facticie religionis. p̄ut alibi p doctores late z scientifice dictum est. Uñ sicut ecclesia significat principaliter vniuersalē cōgregationē fideliū et inde dī Catholica. i. vniuersalis. nomē tñ istud vulgaris vsus restringit ad clarū. sic in pposito de religione etiam est/pter maiore circa xpi consilia religationē.

Consideratio .4.

Religio facticia siue dicat statutus siue ordo siue gradus in ecclesia. illa tñ nō est de se statui vel ordo vel gradus pfectōis exercēde/sed acquirēde. Ulio quin male nimis esset mētis religionē pfitentibus. qui imperfectos esse cognoscūt aut valde despiūt. Exquo fundāt z ñr doctores excellentiā platonis sup religiosos. q̄ status platonis est pfectionis exercēde/alius acquirēde/qui vocantur aliūde status lugentiū seu penitentiū. De curatis vo qui sunt scōi ordini succedētes discipulis. sicut apl̄is epi. volūt aliqui dicere q̄ nō hūt statū. cū nō sint iuramento vel voto astricti. Sed quicqd sit de hoc z de noīe status z stat curatos esse in gradu et ordine pfectōis nedū acquirēde h̄ exercende p actus hierarchicos/q̄ sunt purgare subditos illuminare z pficere/magis q̄ religiosi in q̄tū religiosi. Nō ad dīt/qñ aliunde pñt mōachis tales hierarchici actus cōpetere. dnm ipsis a supiore legitime cōmittunt. Grandis est hec platonū tam maioum q̄ minorū pcellētia. magni q̄ meriti/si statum cōpēsant opib⁹. Quanquā grauat eos titulus iste dignitatis. nō sublevat nec honorat.

Consideratio .5.

Religio facticia tanto debz dici pfectior/quāto ad dilectionem dei ꝛ charitatis augmentū ꝓpriꝰ ⁊ magis appropinquat. Consistit enī in dilectione dei ⁊ charitate religio xp̄iana/⁊ ꝑm mensurā eius est q̄litas eius in merito/et ꝑmio. Ac pinde religiones q̄ directe et medijs idoneis disponūt ad ꝓtēplatiuā vitā sunt dicende pfectiores. aut forte melius appellari pñt schole quedā ⁊ instra pfectōis pnt loquit Cassianus. Non enī videt ꝑns/ si status aliquis sit pfectionis acquirēde/ q̄ ꝓterea sit status pfectionis simpliciter appellādus. Neq; dicētes hoc detrahūt religiosis. sed in humilitatis veritate ⁊ securitate se tenēt/dum nō arrogāt sibi qđ nō sunt/addētes pienlū pienlo. dū rursus nō negant posse aliq̄s extra statū p̄ fectōis inueniri valde pfectos. Sicut ecō multos patit impfectos. Notum siquidē est q̄ Aug. se in hac re testat inuenisse.

Consideratio .6.

Religio cōstituta ad vitā cōtemplatiuā/debet cōsequenter aptare oēs ꝓstitutōes suas ⁊ obseruationes ad eundē finē cōmodius assequendum. Finis aūt dat ⁊ imponit necessitatē mediꝰ q̄ sunt ad finē/⁊ ꝑm exigentiam finis deberent cetera moderari. Inde est rerum exitus ⁊ fines prudētia metit. ꝓterea finis est cā cāsarū. Est insup finis principiū in moralibus/sicut in speculabilibus principia demōstrationū. Est rursus ꝓmafiet vltia. Est demū forma moraliū actuū q̄m sicut forma materialis dat materie dispositē. Ita ⁊ finis legis qui est dilectio dat formalē existētiā actibus debite circūstantionatis. Circūstantie nimirū sūt tanq̄ dispositōes q̄litatiue q̄bus deficiētibus aut inordinat̄ nec̄t intētio finis informare actū/vt bonꝰ moraliē dici possit. ꝓterea rectitudo intētiōis ad finē dz sibi ꝛnugere rectitudinē mediorū ad ipm finē. Ac pinde fiet totū corpus operationū lucidū et rectum/aliter nō.

Consideratio .7.

Religio cuiꝰ finis ꝓncipal̄r ē ptē platio. seu vite ꝓtēplatiue exercitiū vel acq̄sitio: hz ꝓ pambulis lectionē/ōrationē/⁊ meditatione. Quinimodi videnē esse religiones sub regula sancti Ñdicti ꝓstitute. celebris q̄z Carthusie religio/cuiꝰ ꝓfessorē respicit pñs vbū. Oportet hic p̄supponere multa/q̄ de vita ꝓtemplatiua ⁊ actiua determinata sūt ꝑ doctores Que scz ⁊ q̄les sunt/in quibus cōsistūt. in quibus differūt ⁊ cōueniūt. Aut q̄liter se supponūt aut excedūt. Constat enī multas i dictis religionibꝰ exercitatōes fieri corpales/in q̄bus nō ꝓsistit ꝓtēplatio/sz aut fiūt ad mortificationē viciorū p̄sertim acedie q̄m pessima oīm malor docetur est ociositas iners. Aut fiūt ad ꝓseruationē virtutū moraliū iā habitarū. Aut fiūt tā q̄ fructꝰ aliq̄ reddūdātes ex radice ꝓtēplatōis. dū cōpletur illud. Demoniā abūdātie suauitat̄ tue eructabūt ⁊ iusticia tua exultabūt cū filiis innumeris. In q̄bus est grārū actio ⁊ vox laudis. Aut deniq; labor pnialis afflictōis intēdit ꝑ satisfactōne volūtaria tā ꝓpriox q̄ alienox pctox. Et hꝰ valde crebrū ē in ipsis religionibꝰ/q̄ tñ sub vita ꝓtēplatiua reponunt. Quis vtiq; labor hmōi nō sit ꝓtēplatio sz actio/verior q̄nq; et penalior q̄ oratio in cāpis vl̄ nauigatio p maria/vel curatio egrotox. Sed q̄m hr̄ ps ad reliquū sat̄ ad recollectiōz meditatiōis/vt ipsa trāseati ꝓtēplatōz/denōiatio fit a digniori ⁊ ꝓncipaliori vt tal̄ vita claustralis/ꝓtēplatiua dicat potius q̄ activa. ꝓro q̄ itel ligēdo clariꝰ sit seq̄ns ꝓsideratō

Consideratio .8.

Religio Carthusiēn. nō attēdit ꝓncipal̄r qualitatē vnius ꝑsone singularis/sed ad se introeūtium dispositōes cōplexiones. cognitiōes et affectiones. quēadmodū vt in pluribus eueniūt. Cuius rō est q̄m repiunt aliqui penitus indispositi nedum ad finē ꝓtemplatōis cōsequendū in hac vita/sed etiam ad ipsius ordinis statuta capienda ꝑ intellectū ⁊ exequēda ꝑ affectū. Sūt ⁊ alij q̄bus iā nō est opus pambulis exercitijs ꝓtēdis

in hac religione vt ad cōtemplationē pue
hant. qm̄ aliunde partim ꝓpio studio et
exercitio. z ptim/immo et maxime diuino
auxilio. ꝓuecti sunt ad arcem cōtemplati-
onis facliter ascendendu. Rara hec auis
in terra fatemur. nō tm̄ desperandū q̄ nul
la. Sunt etiaz alij qui discplinati p obser-
natões ordinis/mortificāt vicia/z naturā
custodiunt. qui absq̄ eis viuēdo secular-
ter dum fouere putarent naturā vicia nu-
trirēt. imo deinceps vt euenit naturā p ex
cessum corrumpent. Et qm̄ inueniūt vt
cōius hoīes huius religionis ꝓfessionem
arripiētes qui se tales reputant. ꝓterea re
gule date sunt alie/q̄ que solam cōtempla
tionem respiciūt. Qm̄ multo plures sunt
apti regulis hmōi q̄ cōtemplatōis altitu-
dini/pīsertim ab initio/z in feruore concu-
piscētiarū. quibus nō edomitis cōtempla
ri. quereret homo nedū inutiliter/ neduz
arroganter/sed in magnā sepe sui pniciem
put ex vita patrum claret.

Consideratio .9.

Religio q̄uis vna sit in consti-
tutiōibus z votis/debet nihil
ominus esse in ea diuersitas in
executiõe/dum accidit notabilis varietas
in cōditõe psonarū. Alioquin fieret ꝓtra
dictū legis ad allegoriā tractū. Non ara-
bis in boue z asino. Fieretq̄ contra legem
charitatis fraterne/ in qua tota lex pendet
et ꝓphete/dum nō fieret alteri q̄ rōnabi-
liter quereret sibi fieri casu tali. Pōt vero
varietas puenire circa dispositionē corpa
lem in deterius/nunc citius/nūc tardius
absq̄ culpa psonali. Ceterū pfectus spūa
lis in bonū arduū. neq̄ ita frequenter eue
nit/aut pueniēs latet sine ꝓpter illius vir
tutem qui dicit ex sñia. Secretū meū mi
hi/secretū meū mihi. sine ꝓpter aliorū ani
malitatē/qui nō statim penetrāt quis z q̄-
lis sit homo spūalis/z q̄longe ab hoibus
ānalibus. Et q̄ rarū donū est hec humili-
tas vt aīalis homo se talem veraciter esse z
sentiat corde z pfiteat ore. Nullus ita q̄
mirabiē/si spūalis hō non semp dimittē
inter eos liberis alijs euolare neq̄ ad pe-
des iesn sedendo audire cum silentio ver-
ba illius. Fit postq̄ z vt solicitudo martbe
de ocio Marie ꝓquerat. Felicē iure di
xerimus religionē que saltem paucos cō-
templatōis gratia pditos sustinet z foue
et tanq̄ pciosam margaritam/vt delicatū
aliq̄ lilium. vt amantissimum oñi beni-
mū adolescentulū in mentis excessu colat
et honorat obediens xpo sponso dicenti.
Adiuro vos filie hirlm/ne suscitetis neq̄
euigilare facietis dilectam donec ipsa velit
Non occupet in practicis exteriorum ne-
gocijs. nō cōuentum assidue sequi cōpella
tur. Tales olim extitere Heremi. Hugo. Si
chardus. z sil'es. Cuero quisquis es ap
tus ad gratiam hmōi noli si forte cōpello
ris esse vnus ex aliorum grege/cōquerino
li p impatientiā murmurare. noli tanq̄ in
gularis ferus depascens vineā malignari.
Expecta potius dñm/viriliter age/confor
tetur cor tuum z sustine dñm. Scit prouī
dentia sua quid expedit tibi. sine eius vo
tate/nec passer vnus cadit in terram. in cu
ius manu sunt hoīm corda conuertere po
tens ea quocunq̄ voluerit. vt impleat de
siderium pauperum. Si vexat te vocalis
oratio cum vigilijs. si nō sapit vt cupieres
diuina dulcedo. illa tibi seruatur in celis.
Non velis p̄mij fructum ꝓcipere dum ad
huc metis. Careas interim q̄dianus vti
ita loquamur distributōnibus. q̄ integrā
seruat dñs tibi pbendā in celis. Nō spnu
tnē filius oū puulus est de mensa pris. q̄
tnē nōnulli de seruis hereditatem minime
habituri pīnā vescunē ipso pane filiorū.

Consideratio .10.

Religio curā habet ꝓcipuā de
infirmis. Sanxerunt hoc sanc
ti patres z addiderunt/q̄ dice
ti se infirmū credat. Vnde sequit vtra q̄
solicite curandū est. ne quis in infirmitate
pīsertim incurabilem dilabat. Inter om
nes aūt infirmitates fugibilior tam p pso
na/q̄ p ordine/est capitis insanis ex cuā
cuatõe z vicio cerebri: ex qua pdit hō iudi
cium rōnis/z p cōsequens q̄ammō desi
nit esse hō z fit miserabilior iumentis insi
pientibus opprobriū hoīm. z abiectio ple
bis. z onerosissimū tori⁹ stat⁹ sui iudicibus
Auertat hāc ciuilē mortē a seruis suis me
dicus summus z dñs noster iesus xps/q̄

gerendo media cōseruationi cōgrua/ꝛ p
hibēdo noxia. q̄ nō semp euenīt subito
vel repēte sed lente ꝙ incremēta velut im
ꝓcepibiliter ab ipso patiente. Ab alijs q̄z
hmōi tam grādi piculo si apud oculos nō
ꝓspicaces in talibus ꝓuidendū cōtingeret
p arte medicine nedū corpalis sed ꝛ spūa-
lis obuiet. Agat itaq̄ spūalis hō. vt oīa
diiudicet atq̄ ꝓuideat. doctrine sapīa. que
cuncta nouit anteq̄ fiant. In qua quidez
sapīa seu ꝓuidentia/vigere maxime maio
res in ordine necesse est. Pro quo plenius
enucleādo. sint adhuc decē cōsideratio-
nes q̄ sequunt. addendo denarium dena-
rio vt sic ꝓlati videant duo denarij adui
aticum sauciati.

Consideratio .11.

Religionis securitas ꝛ solicitas
fundamēralis. Post diuinā gra
tiam cōstitit in discretōe ꝛ chari
tate ꝓidentiū quocūq̄ noīe censeat. Pre-
uia/moderatrix legū mortuarū. i. consti
tutionū. Sunt dispēsatores mysteriorū ꝛ
ministeriorū dei. fideles ad deū ꝛ pruden-
tes ad ꝓmū. Sunt put Aristo. loquit
veri epieikes: hoc est interꝓtatores legū ge
neraliū. sm applicatōes ad casus singula-
res. Quā virtutē videt psalmista vocasse
equitatē vbi dicit alloquēdo deū. Omnia
mādata tua equitas. Et ita legistarū. imo
vulgaris vsus habet dicere aliquid fieri de
bona equitate. Seueritas vo cōstitit in so
lis generalibus vbis legis. Apterea noīan
tur hoīes hmōi nimis verbis statutorum
innitētes/ſrales/ꝛ q̄nq̄z inhumani tyrāni/
duri ꝛ crudeles/vtpote nō attēdētes illud
etiā pueris inculcatū. q̄ videlicz ipse q̄z le
ges capiūt vt iure regant. Et ꝓmittit do-
gma nostro ꝓposito satis accomodatū. cū
dicit. Iudicis auriliū sub iniqua lege ro-
gato. Iniquā intellige legē si ad iniquita
tis ꝛ iniusticie traducat abusum. Hinc ꝓ
sapiente dī. Noli esse iustus nimis. Rur-
sus. qui nimis emungit elicit sanguinem.
Et apud comicuz. Sūmū ius est summa
iniusticia.

Consideratio .12.

Religionis maior quisquis
ille fuerit habz diligēter in
spicere vultuz pecoris sui/iuxta
monita sapiētis. ꝛ put vtile viderit sua in
tereſt cuilibet ꝓuidere. Est itaq̄ sicut cete
rorū hoīm. sic ꝛ religiosorū varia valde cō
ditio. Nam ꝛ ipsi religiosi quid aliud nisi
hoīes. Aliquibus ex eis inest feruor nouī
cius ꝛ zelus vehemēs. sed nō sm sciam qui
si dimittant suo cursui/ruunt tandē in ali
qō ꝓcipiciū. Nūq̄ zelus sine discretōe ꝓcipi
tat sicut discretio sine zelo iacet. vt ait bea
tus Bernū. Talibus occurendū est/nec ex-
pectandū q̄ petant relaxatiōes in ordine/
sz inuiti etiā cogēdi sunt illas recipe. Qui
si id ꝓtinaciter renuerint peccant quidem
grandi inobedientia. ꝛ vix spes de ꝓfectu
futuro de eis haberi poterit. Quippe qui
iam sapiētes sūt in oculis suis. iamq̄ sup
seniores suos sibi vident intelligētes/nec
iam se putāt esse tales qui cōsilio indigeāt
maiorū. Porro taliū q̄s si iaz haberet vnū
pedē in celo: vt loquit vnus patrū: retrahi
deberet ꝓ alterū. q̄ cū tali vno supbie pe
de clarū est ipm nunq̄ totū intreire celuz.
Tendit ad hoc tota grādis illa cōsultatō
magni anthonij/nunq̄ nimis inculcāda/
de discretōe seruāda/quā finaliter esse di-
xit subiectionē ꝛ obediētiam ad supiores
Apud q̄s valet plus auctas q̄ rōcinatio.
Alioquin pōt de facili fingere sibiipsi qui
libet fantasticus sine nūero rōnes. Nihil
est enī in argumētabile. Procedit nōnun
q̄ vsq̄z adeo corpis inualitudo. cū ꝓturba
tione cerebri/qō valde lesum est rōnis iu-
diciū. ꝛ si nō penitus ablatū in nōnullis
de quibus vere ꝛ pie ꝓnunciat Hiero. q̄
magis indigēt fomēto hypocratis. q̄ nris
monitis. Non enī suā miseriā cognoscūt
et hinc eo piculosius q̄ insensibilius infir-
mant. Culpat nihilominus idē alibi ꝓfe-
rentes vigilias ꝛ ieiunia/sensuū integrita
ti. Sicut allegat ꝛ approbat sctūs Thom.
rōq̄z nō discordat. Caueat tū in his disci-
pulus xpi. ne ex diffidētia quadā sui auxi-
lij/studeat fieri discipulus Balieni. Credat
potiꝰ ꝛ speret/qm̄ bona dispositio cor-
poris. donū dei est. q̄ dat illā ꝛ ꝓseruat qui/

vbi/et quō voluerit. Cuius signū fuit in multis manifestū q̄ cuz sūma sobrietate in victu/ z magna nuditate/ z austeritate in vestitu/cū vigilijs supza modū/pspicacissimo mētis acumine vigneruūt. Cū ze diuerso dicat Iero. anti q̄ innitēs puerbio crasso ventre sensum tenuē gignī nō posse/ put nōnullos aliqō inter ciborū abundantiā cōptum est cerebri vertiginē fantasticam irrepabiliter incurrisse.

Consideratio .13.

Religionis maioz pōt aliq̄s/ qui nimis hñt verecūdie. ne dicam⁹ supbie/ puenire. verecūdia em̄ pterum ꝓtumax/ n ascit ex supbia: Pōt inquā tales q̄z iuste puenire cū gratijs añq̄ petāt eas. Pōt nihilomin⁹ q̄nq̄ ipse expectare q̄ eū interrogēt prius/ z ꝓsulant. si rigoz ordinis ad tps eis intolerabilis videat. Iudicet tunc maioz fm̄ regulā fraterne charitatis. Non dico fm̄ dispositionē ꝓpij corpis q̄ fortassis robusta est/ sz p q̄litate ꝓquerētis/ p̄cipue si viderit q̄ cū hūilitate nō ficta/ gratia petat aut ꝓsiliū. Eueniet aliq̄n q̄ duobus filia petētibus diuersa dabit rñsa. Diuersaq̄ dabit ꝓsilia. nō q̄ viciose varia sit vtus sua in acceptōne psonarū. sed q̄ pudēter variat iudiciū iuxta petentiū varias ꝓditōes. q̄s virtuose discernit. Non itaq̄ oportet murmurare ꝓtra maiorē. si nō semp exaudierit/ nec invidere alteri. q̄ exauditus est. verūz magis expedit gaudere q̄ nocuū q̄ male. i. indiscrete petitū fuerat nō acceptū est. z congaudere fratri in humili charitate. charitatiua humilitate. eo q̄ cōmoduz accepit quo necessario indiguit.

Consideratio .14.

Religionis maioz i dispēsando/ debz sibi duplicē oculū assumē Unū q̄ cōe sue religionis bonū Aliū q̄ pticulare sui religiosi ꝓfectū clare ꝓsideret. Cō est. q̄n religio maxime ꝓseruat instabilitate ꝓstitutionū suarū/ sicut et oīs policia in legū suarū firmitate. tāq̄ corpus verū in solicitate nertoz. Et fere nihil plus aduersum est religioni quā variatio passim facta in ꝓstitutionibus put heu exemplo sunt religiones quas de nō obseruātia seu lapsas nūcupamus. Et ob q̄d aliud/ rogo/ dicat̄ q̄ ex dispēsatiōibus indiscretis. nunc z antea. sine lege. sine ordine z sine cā. saltē rōnabili/ tam multiplicet inaniter factis. vñ merito tam nō dispēsatōes. sed dissipatōes censende sūt. Rursus ex opposito si seueritas ipsius maioris nulli dispēsatiōi ꝓdescēderit. sit apud aliqs subditos grāde piculū mouet. aut mortali deteriozi/ depditio irrepabilis in dictj rōnis. Cō pmittere vbi occurrit pōt/ nil aliud est plane q̄ homicidā esse. z pietatē religiose discipline ꝓturbare in tyrānicā feritatē. Perpēdi ex his pōt quāta sit necessitas apud oēs religionē q̄ maioz sit circaspectus nō cecus/ nō luscus/ nō monoculus/ non improuidus/ ita vt vtriq̄ discriminis velit/ nouerit/ z possit opem ferre aut per se aut cum aliorū/ si nō sibipsi satis confidat consilio auxilio z assensu.

Consideratio .15.

Religionis maioz si onbiter ꝓbabiliter de piculo psone q̄rētis auxiliū agit securius condescendendo interim ipsius fragilitati q̄ rigore relaxatōis in ordine cū seueritate negetur auxiliū. Poterit itaq̄ facili⁹ fieri ꝓuisio circa rigorē ordinis seruandū in eo postmodū. et circa alios. q̄ repararet ad sanitatē aut vitā. talis egroti/ si lapsus ē. Consonat cū his piū illud cōe dictū. Melius est de nimia pietate q̄ de nimia seueritate redargui. Quo circa due hic aduertēde in maioribus q̄ sunt ꝓditōes nō parū habētes e diuerso piculi. Una ē debilitas corpalis. vel innata vel accidentalis. Altera est fortitudo virilis q̄ tolerare valet facile graues labores. ꝓxima reddit aliq̄n hoiem nimis ꝓpassiū/ qm̄ didicit ex his q̄ patiē ꝓpassionem Altera vo iudicās alios fm̄ suas/ vt aiūt/ bases seu vires sit debito plus rigida z austera. Cū eueniet nōnunq̄ iusto dei iudicio/ vt di tales nimis alijs duri/ incurrant debilitatē/ z si nō semp in florida iuuentute saltē in marcida senectute/ p quā discant tunc alijs oculis intueri debiliū necessitates q̄ ex aī sueuerūt/ z sic pij efficiunt̄ eisdem. etiā inuiti. dicētes cū ap̄lo. Non cū

audeo loqui quicq̄ eorū q̄ p me nō opat̄ xps. Qui sñe inherens quidā pater senior renuebat iuniores fortes alijs fratribus p sidere. q̄ nonū q̄ cñ iuniores vtilius q̄ nōnulli seniorū esse inuenianē. Sed pr iste oculum direxit in id qđ contingit cō munius.

Consideratio .16.

Religionis maior nō in sua tantundē prudētia, verūetiā z mlt̄ nem sedulā postulata. oz cōfidere in dispē satōnibus exercēdis. Ita em̄ discipulus il le quē diligebat iesus loquit. Qm̄ vnctio eius docet de omnibus. Nec de hoc silnit Trist. sed cōsone ait. qz virtus opat̄ certi us q̄ ars. Sic deniq̄ fiet vt meritis et pci bus humilis z pij pastoris/oniculārū sua rum necessitatibus p se prideat bonus z summus pastor. z ipseverus celestis medi cus. Vide nunc an nō ita de medicis coz pcabunē vt dirigat requiē eorū z sanitatē/ ppter quersationē eorū. Tuvo qui religio me osilium. nō quidē expectās illud ab eo immediate/aut p mediū angeli q̄ p mira cul̄ ūbi tradi. sed p maiorē tuū. cuius os obseruare quenit tanq̄ dei loquētis in eo et p eū. Sicut z vere credendū est. qz vica rius dei est. z locutōis dei in hoc organum nisi forte petīm ipsius z silentis obstiterit p diffidentiā. corāis fictionē. aut alias. put nonunq̄ cōtigisse. z tingere posse clarū ē

Quāuis nūc itaq̄ posset ex p̄dictis elici dissoluno quesitorū dubiorū nihilomin9 placz descēdē adhuc parūp ad pticularia. Qm̄ in moralibus particulares sermones magis eruditi. Et fiet restrictio ad celebrē sanctāq̄ carthusiēn. religionē. sub omni re uerētia z timore nō tam docentis fastu. q̄ rememorantis pio affectu /ea q̄ quasi in ge nere p̄missa sunt.

Consideratio .17.

Religionis Carthusiēn. maior pōt in casu dubij sēo pposito. abstq̄ vllo dubitatōis scrupulo cōcedere lautoz victū sic piclitanti z petē ti/imo z nō petenti debet ingerere. Cum cognoscit esse talis potissime cum possit in hac religione competētius seu facilius in vulgere magis sine nota singularitatis/et absq̄ murmuratōis occasione/ppter solitariā in cella refectionē. Addā verbū vnū qđ fuit vt accepi rñsum p patres diffinitores in capl̄o generali eiusdē ordinis cuidā inquirēti/dum fiebat gr̄a generalis sine illa pietāria sine aliter noiet̄. Ego inquit ille sentio me nō indigere tali gratia. Numquid q̄ ppter cōsciam teneor abstinere ab hmōi gratia z eam nō accipe. At patres illi. Etiā si tu nec puū quidē bolū seu morsum accipe indigeas. Nihilominus accipe gratiā q̄ pstat̄: reuereter. z vtere cū gratiarūa crōe. Et certe meo indicio prudētissime vt sic in tali fratre singularis vitaret̄ humilitas seruaret̄. murmurq̄ z indignatio ab alijs secluderet̄.

Consideratio .18.

Religionis carthusiēn. maior in casu tercij dubij/consiliū z licētiam cōcedere fas habet vt petit̄ pīertim in oz̄onibus nō necessarijs z peculiaribus. Tutius tñ est vbi nō fit dispēsatio/officium lingue nō penitus omittere. Qm̄ illud tenuissimū z faucibus orantis intercluzz sufficit. nec pt notabiliter aut piculose grauare. Abūdat quilibet in sensu suo iuxta aplī sñiam. Sunt pterea q̄ep vocalis oz̄onis pīertim laborioſe/non studiose insistūt meditatōi/sed expediūt oz̄onem suā alacriter cū attentiōe cōi. q̄tinus postmodū liberiores habeant aīos ad meditandū/vel cū silētio orandū. Docuit nō nullos experiēta sic agere cōsulte/ex sue cōditionis necessitate. eo q̄ cum vocis sonoetiā satis tenui/nequeat suā stabilire meditationē. put in casu primi nostri dubij querela fit. Fortis pfecto. fortis z felix videt̄ is cui a deo donatū est silī spū oris/z de uotione mentis. deuotōe inquā tali qualē sentiūt in silentio ipsi contemplantes dño suo seruire. Sed rara est valde hec gr̄a/ppter humanā infirmitatē partim. partimq̄ ppter nostrū torpoē/nec etiā hmōi gr̄a est ab oībus de necessitate z sub obligatione requirēda aut exigenda.

Consideratio .19.

Religionis carthusien. maior fratres suos habet inducere q̄tinus nō minus ei rn̄deant veritatē de suis virtutibus dū interrogāt/ q̄ de suis vicijs z defectibus. Rō huius/qm̄ piculose sepe sub tegumēto z velamine virtutū/se vicia palliant. Exposuit hoc inter alios imo supra alios. Egregius ille mor indagator. Beatissimus papa Gregor⁹ in diuersis z pene singulis moraliū suorū locis. Verū in ꝓposito satis sit exēplū de lachrymis de q̄bus primū nobis obiectū dubiū inq̄rebat. Itaq; caueas tibi q̄squis in religione p̄fectum sic austera sicut est de q̄ loquimur conuersaris/a laqueo quē venantes abscōdunt demones. in oīni q̄ cogitamus. q̄ loq̄mur/q̄ agim⁹. Itaq; laqueos ploramus. laqueos loq̄mur. laqos comedimus z bibimus. laqueos nectim⁹ in cūctis operibus nostris. Hec sufficit cōtra tot laqueos remedium aliud efficatius/ q̄ ex ista dicere cum psalmista. Oculi mei semp ad dn̄m/qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos. Fuerūt locuti ō lachrymarū ꝓditione multi. Et ferme nihil mētem nostrā sic purgat illuminat/z serenat vt ꝓfunda cōpunctio z lachrymarū inundatio. Verū id quidē/si obseruat illud ne q̄d nimis. Fit ān nimis dū ex his incurrit euacuatio z turbatio cerebri. dum p̄terea flens reddit impotēs ad opa sibi ō necessitate faciendū incūbentia/vel ex voto/vel ex p̄cepto vel ex supioris instituto. Est fateor in lachrymis aliq̄d dulce z mulcebre. sed ꝓut sit hec dulcedo q̄ criminis amaritudinē p̄ purificationē parturit. z q̄ vulnerat suffocatq; naturā. Est igit abijcienda nōnunq̄ hec lachrymarū ꝓfusio. Et nescio si lachryme inde fluent vberius/q̄ lachrymari/vel nō licet/vel nō decet/vel nō expedit. Itaq; ei q̄nq; videt. Nihilomin⁹ tn̄ optet vt p̄hibeant sepe. q̄ necessaria p̄ceptorū regulariū disciplina/p̄ponēda ē lachrymis/tam extortis z mēdicatis q̄ infusis z placitis. Eadem em̄ est cā de hmōi lachrymis/q̄ de sentimētis spūalis dulcedinis/z sensibili suauitate cur hec sepe non expediāt ꝓpter plures respectus. ꝓut de hꝰ alibi traditū est. Propterea prudens religiose fuge quantū poteris interim tales lachrymas/qm̄ haud dubiū latet agnis in herba. Cum aūt oīno tuus fueris/seu dispensatōe supioris/seu diuina ordinatōe/ tunc illis vtere. illis te inebria. illis te reficce. suauissimū tibi balneū mētis in illis frequēter instrue. Secus vo vbi tuus nō es. ꝛ ordinis z cōitatis. ac carcerali q̄si obseruatōe/spōte quidē z vtiliter (nisi recalcitres) mācipatus cōpedib⁹ charitatis ex professione tua volūtarie facta/p xp̄o astrict⁹

Consideratio .20.

Religionis carthusien. maior. q̄ in casu primi dubij ꝓposit⁹/ ad oziones publicas z cantica habet cū magno pōdere deliberatōis attendere/q̄ tales oziones nō sunt vt ita dicam facticie seu volūtarie p religionē carthusien. instituite/sed p sedē aplicā aut sedentes in ea summū pontificē/generaliter p vniuersam xp̄ianā religionē ordinate. Verūm q̄ he oziones dicant alta voce vel summissa/publice vel ad partē hoc spectat ad ius positiuum z p p̄ās ad maioris arbitrium. Vñ in hoc in omni relegione dispensatio pōt indulgeri quantū religionis rigor patī pōt. Quocirca vulpeculā in primis capti oppriniq̄ cōuenit dū inducit in vineam dn̄i sub hoc tegumēto/q̄ dn̄s pēsat cor nō verba. Pēpsat credite/pensat dn̄s vba mētis. Ad sacrificij cōplicā rōne notatim q̄druplici. Ad sacrificiū laudis. ad exercitatōnē corpis. ad meritum satisfactōis z ad p̄standū exemplar primis z laicis. Nolo igit dicat mihi religiosus aliquis/q̄ dn̄s pensat cor nō verba. cum ap̄s dixerit. Diabo spū. vocē intelligens v̄m glosas/exorabo z mente. Et Ambr. in hymno. Os. lingua. mens. sensus. vigor. cōfessionem ꝓnet. Nolo sic ꝓsumat solitarius dum in cōmune veneret. vt se dignū reputet sola cōuentione. vt sodalitatem seu cōuentum spernat in pari exercitatione. vt vori sit immemor in sua confessione. vt querat hic remunerationē trā. sitoriam pro eterna beatitudine. vt ecclesiam dei deniq; superbe contemnat p̄ iniunctionē z psonali missione. Demū si necessitas ꝓut q̄nq; fit vrgē videat ꝓ valitudi

Passiones spūales/originari a deo tā mediate q̄ immediate fatendū est. Si ois sapia a dño deo est. ⁊ sapia dī a sapore fm nomen suū Si p̄terea gratiā dona ⁊ virtutes infundi supnaturaliter a deo/nemo fidelis ambigit. Si rursum virtutū sacrorū attingit salte ministeria aliter in spīm. Si denicq; multi fuerunt tractus dei amorosi q̄les orabat aia sctā in Cantīc. Trahe me in q̄t post te curremus in odorē vngētorū tuorū. Et hec oia ac si filia cū sint passiōes ipsius spūs vel causant eas q̄d supest nisi vt fateamur deū agere passiones in spīm. vsq; adeo vt inhibet rex ut spūs in deo saluetari suo. ¶ Amplius si naturā quinq; sensuū spūaliū ꝓspicimus q̄ suā hūt similitudinē ad sensus corpales/in ueniemus q̄ deus ⁊ ipsi auditui spūali armonia sen⁹rissima. ⁊ ipsi visui lux splendissima. ⁊ ipsi gustui sapor dulcissimus. ⁊ ipsi olfactui odor suauissim⁹. ⁊ ipsi tactui amplexus iocūdissimus. ¶ Porro semel locutus ē deus p scripturā suā sacrā. qui q̄ iuis ⁊ idipm non repetat sp p singulos vt dicit Job. repetit tñ apiēdo sensuz vt intelligatē hmōi scripture. repetit q̄z indūdo mentē vtute ex alto. repetit inclinādo. inspirādo. alliciēdo. illuminādo. stabiliēdo vt nō solū intelligat q̄z impleat ⁊ amentur. ¶ Puto sic affici. postulabat q̄ dicit. Concupiuit aia mea desiderare iustificationes tuas in oī tpe. Cuius rōne vna reddēs q̄ testimonia inq̄t meditatio mea est. ⁊ cōsiliū meū iustificatōis tue. Bonū certe secundumq; p̄silium iustificatōes dñi/q̄s scripturā sacra tradit q̄d p̄silium q̄ deserit volēs in niti ꝓprie vel aliene prudentie hūane. volens p̄terea sequi desideria cordis sui/ⁱre in aduuentōibus suis. vt tandem fallat ⁊ fallat inter tot varietates affectuū videliz⁹ orientiū/ñecesse est. put infra docebit.

Consideratio .15.

Passiones spūales ab angelo dei bono frequenter immittit

credendū est. ¶Nolo quisq̄ expectet vt nūc pertractemus studiose modos q̄bus angeli cuis spūs copulari p̄t ad humanū illustrā-
do ipm̄ afficiēdo. monēdo. ⁊ docēdo. per-
scrutator quippe q̄sitio sit a doctorib⁹ ytaq̄ q̄ angelus nō illabit̄ in spm̄ nostrū
q̄m hoc ipm̄ solus dei ꝓpriū est. q̄ ita spm̄
nostrū solus p̄t dñanter possidere fortit̄
atq̄ suauiter/vt sue motōi atq̄ vinificatō
ni spūs nr̄ obediat vltro. ⁊ sic vltro tñ/vt
nō habeat fas obniti. ¶Et hūc ingressū dei
dñatiuū noiamus illapsum. ¶Sūt nihil
ominus alij modi q̄bus angelus bonus
agit in spm̄ nostrū. Vnus ē q̄ applicatiōz
immediatā siue substātie ⁊ vtutis/ad spm̄
nō q̄dē naturali ordine ꝑ statu p̄ntis mi-
seriez disp̄satōe supnaturali. Facta autē
applicatōe tali/cū angelus sit subst̄ātia lu
minosissima ⁊ vtuosissima ac benignissima
q̄s negauerit q̄n alliciat̄ et q̄āmō trahat̄
spūs nr̄ ab hmōi luminosa ⁊ benigna ⁊ su
aue olenti vtute/tanq̄ si ferrū trahat̄ a ma
gnete: vel appetitus ab obiecto placidissi
mo ⁊ cōuenientissimo moueat̄ p̄sertim si fu
erit spūs noster purus castus integer ⁊ sa-
nus sine discrasia febrili corruptōis vicio-
se sine interpositōne sordidorū cogitatuū
cū desideriis turpibus ⁊ fedis. ¶Porro si
corpora/q̄ orbē stellarū atq̄ planetaꝝ ⁊ q̄
dia zodiaci signa formāt corpus humanū
influēq̄ ⁊ imprimūt in ipm̄ cōcatenatio
ne quadā indissolubili. Proportionabili
tione dei gratuita/quelibet celestis hierar
chia a summo vsq̄ deorsum/q̄ oēm iūcta-
ram spūalē/influere habet in hūanū spm̄:
quilibet angelus suo mō. mediate vel im-
mediate. Sic seraphim iflamat. cherubin
illustrat. throni stabiliunt. ¶Et hoc ꝑm tres
vires aīe. affectiuā. ſ. intellectiuā ⁊ executi
uam. ⁊ ꝑm tres eius portōes/supiorē/infe-
riorē ⁊ infimā sensualē. vñ ⁊ appropriatis
ꝑma hierarchia mouere dr̄ portionē su-
piorez aīe/q̄ respicit ꝑma principia. scōa
portionē inferiorē q̄ respicit conclusiones
generales ⁊ tercia portionē sensuales q̄ ad
singularia magis dilabit̄. ¶Quisquis p̄te
res studiose recogitauerit ea q̄ tangere su-
pficialiter intendimus de causis nāturali
bus passionū aīalū. p q̄s disponit̄ vel in-
disponit̄ spūs ad passiones spūales/aīad-
uertat quātū oīnium habeat bonus ange-
lus ad inducendū salt̄e dispositiue hos vt
illos affectus/disponēdo vel imutādo sen
sus corpales. tā interiores q̄ exteriores. q̄
sunt organice potētie. ⁊ hoc modis varijs
et pene infinitis. iuxta varietatē applicatio
nū multipliciū. huius vel illius cāe corpa
lis. Verū de his nō ē hic dicēdū p singla.

Consideratio .16.

Passiones spūales pturbāt̄ crebro ab immissionibus p̄ angelos malos factis. Possunt quidē angeli mali quantū dei puidentia pmiserit/agere silia multa ad angelos bonos tā ob subtilitatē vigoremq̄ substātie sue: q̄ ob pspicuitatē naturalis ingenij. q̄ ꝓpter experientiarū diuturnitatē. nūc in naturalibus actiōibus sursum ⁊ deorsum in celo ⁊ in terra. nūc in opatiōibus miraculosis angelorū ⁊ oīm spirituū beatoꝝ. q̄uis errēt frequēter. Excecat eos malicia amēs supbia furēs sine lege ⁊ ordine. liuor insaniens. Excecat eos iustū dei iudicium illuden tes ⁊ puersissimos eorū conatus aduersus electos suos puertens in vsum sue bonitatis. ¶Transfigurat se angelus sathane/in angelum lucis sicut tradit apls. Nō fieri sic vno mō p̄t intelligi. vt ipe malus angelus celet innatā maliciā ⁊ horrificos affectus suos/fingēdo se placidū/pulcrū et benignū/ad exēplar angeloꝝ bonorum imitādo ꝓterea doctrinas ⁊ obseruatōes eorundē beatoꝝ angeloꝝ in amore castitatis ⁊ vtutū. Nam vt seducāt facilius/q̄ venerent̄ ⁊ colant̄. sicut dr̄. Nā ꝓpter q̄d aliud inuenimus in supstitiōibus magicis/fieri thurificatōnes ⁊ orationes devotas ⁊ ieunia. petit q̄z fieri ministeria ꝑ pueros innocentes. nisi vt efficatius fallat ⁊ colat̄ sicut deus? ¶Beneq̄ quātas habeāt efficatias ad immutationē corpis actōnes iste malignorū spirituū/sc̄ptura sacra docet de magis Pharaonis ⁊ alibi. Ex trō certa deducit p̄cessio q̄ demones aliqui sint aduersus quos nobis est colluctatio sicut tradit apls. Et ipm̄ ⁊ sancti patres multis su-

pra numerum argumentis erpti sunt.

Consideratio .17.

Passiões spūales immittūt a celo. mediate tñ. ꝛ solūmō dispositiue. Sit'a qualitatibus scḣis cōsequētibus celestes influxus ꝛ primarū qualitatū actiones. Longus esset hic sermo de traditōe astrologorum q̄ ad actiones celestes in corpus humanū. ꝟm varietatē signoꝝ ꝛ planetarū ꝛ aspectuū vt q̄ saturnus inducit ad tristiciaz. Jupiter ad leticiā. mars ad iram. sol ad audaciā. venꝰ ad ꝯcupiscentiaz. et ita de reliq̄s. Jnde venit distinctio illa q̄ planetarū/alius ē benivolus/alius malivolus. q̄uis hoc non sit accipiēdū de malicia q̄ sit innata planetis. Jnducit enī quantū de se est ad bonū sed in hoibus abusus est qui bone nature inclinatōes/deducūt in malū. Potuerat etiā rememorari q̄ pacto celestis influxus. varias imprimūt ꝛ miras tam in lapidibus q̄ in herbis ꝛ metallis ꝓprietates. sicut in magnete ꝑspicue cernimus. Sicut ꝓterea dicūt rerū hmōi curiosi q̄ lapis aliquis portatus vel inspectus dat audaciā. alius leticiā. alius amorem. Hec autē oia quantū hñt veritatis/nihil aliud ꝓbāt q̄ cōsiderationē nostrā. qm̄ acceptōes hmōi fiunt nō immediate in spm̄ rōnalē sed in corpus. ad cuius alterationē/hanc vel illā nō parū inclinat spūs ad hūc affectū spūalem vel ad illū in se ꝓducendū quēadmodū memorat Helizeus euocasse psaltem dum ꝓphetice spiritum in sevellet excitare

Q. aūt demones dicunt̄ q̄ aliq̄s hmōi virtutes allici vel eijci vel cōpelli/alterius est speculatōis Vocāt aūt aliqui virtutes hmōi virtutes occultas sicut Auicenna. Alij virtutes a tota spē vel q̄ insequuntur formā specificā rei. sicut natura specifica caliditatis est calefacere/ita natura specifica magnetis est sic mouere ferrū. natura specifica struthiōis digere ferrū. Et ita de reliquis effectibus. q̄s nō dicūt fieri ex cōcursu vel actione q̄litatū primarū vel ex cōbinatōe earū seu cōfiguratōe. quēadmodū fuit intentio quorūdā/ad hec principia generalia quales cūq; effectus inferiores reducere. qui vel nō pñt vel difficillime pñt in assignatione varietatū in effectibus semet evoluere. Inueniemus ꝓterea quosdaꝫ ꝓphorū opinatos esse (sicut ex articulis paresien. cōdemnatis ꝑalā elicit̄) q̄ celestes intelligētie q̄ animant celū ꝟm eos/taliter agebant in spm̄/q̄liter celū agit in corpus ita vt spūs se haberet solū passiue/ad ōem suā cognitionē vel affectionē ꝛ nil agebat sed agebat. tanq̄ si obiectū lucidum agat imaginē sui in speculū obiectū. vel tanq̄ pictor/aut scriptor si agat in tabulā. ꝓut etiam Boetius in suo de cōsolatione metro vno cōmemorat. Dixerunt rursus aliqui q̄ hec actio intelligētiarū/fit libere in spm̄ nunc ad hoc cognoscendū nunc ad illud. Alij naturali necessitate id fieri contendebant. ponebant tñ q̄ dispositio spūs. ꝓut abstrahit magis aut minus a carnalibus vinculis. ꝛ carcere ceco corpis. iuuat plurimum vel impedit/radios sos hes influxus. Sic salvāt magicā naturalē. sic ꝓphetias illuminationē. ꝛ ita de plurimis. Sic imaginati sunt Auicēna. Algazel. Alkindus et nōnulli xp̄ianorū doctorū. ponētes animā illustrari quaquauersum. Et hoc posuerūt aliqui fieri q̄ liberā ꝟersionē spūs ꝟm duplicē faciē suā. nūc ad superiora/nūc ad inferiora. Arist. vo nullū posuit medium ab infimis fieri cognitionē vel affectiones originatius ꝛ immediate. quē insecuti sūt cōes doctores catholi dum loquūt de statu nature destitute nec eleuate ꝑ rapsum illustratōes miraculosas. sicut dicit ꝓtestus q̄ nō humana volūtate allata est alicui ꝓphia. Raptus aūt vel extasis apud doctos tūc ideo dī fieri dum illustrat spūs immediate desursum q̄ ꝓter naturalē cursum vite pñtis hoc euenit.

Consideratio .18.

Passiones spūales iuuāt plurimū vel impediunt̄ ab innata corpalī cōplexione corpali. Auctoritate plato q̄ aie insequunt̄ corpa. non quidē naturali necessitate si ad spm̄ liberū fiat aspectus. sed quadā inclinatōne. ꝓut corpus ipm̄ sumministrat aie tāq̄ instrumentum. Constat enī q̄ ad instrōrum varietatē cō surgit in opatōibus facilitas maior vel difficultas. Videmus itaq; circa mechanicas

artes q̄ faber aliter operat̄ cuz instō quadrato. aliter cuz acuto. aliter cum beberi. Sic ꝛ scriptor vel pictor. Sic erit suo mō de varia cōplexione mēbrorū ꝛ de his que mēbris ipsis subseruiunt. vt sunt spūs cor porei. tam radicales q̄ fluentes vt est p̄te rea sanguis qui est cōis materia tam membrorū q̄ hmōi spirituū. ¶ Circa q̄ oportet attēdere in rta tradictionē mediocrū q̄ sanguis subtilis ꝛ clarus in substātia / tpatus vo in qualitatibus / disponit ad gaudiuz maius vel minus p̄ virtutē talis sanguinis qui generat spūs splendidos atq; tpalidos a dño (qualis est sanguis corporum in quibus color rubeus dñatur) disponit ad velocissimā iram. cū sit velocis inflamatōnis ꝛ motus. sed ira hec / modicū est durabilis. cū omne subtile ꝛ tenue celeriter resoluat̄. ¶ Si vo sanguis fuerit subtilis et clarus sed frigidus q̄lis est in corpibus in quibus aquositas naturalis flegmatis dñatur inclinat ad timorē ꝓpusillanimitatem. q̄ a quibusdā vocat̄ cordis debilitas. Et hoc est q̄ spūs a tali sanguine generatus. est modicus frigiditate impediēte sue flamabilis ꝓpter frigiditatē ꝛ humiditatē tō superest vt sit inept⁹ calefacere cor ꝛ ab exterioꝛ moueri / ꝓptera neq; ad iram neq; ad gaudiū, neq; ad audaciā pōt inclinare. ¶ Si augustus aūt grossus ꝛ calidus si fuerit niger aut tenebrosus ꝛ inequalis grossicei corporū in quibus color appropinquās finigri ꝓpter tenebrositatē spirituū. ꝛ ad iram ꝓpter caliditatē ipsorū. Si disponit insup ad tristiciā vel grossiciem. Celerit̄ em tarde nimis. forma eius ꝑsista. ꝛ a corpe tarde dissoluunt̄. ¶ Si vo sanguis fuerit grossus et calidus / non tñ turbidus, qualis inuenit̄ in corpibus habētibus cor tpatum ꝛ eparplius sic cum ꝛ vtentibus dieta mediocri. vel in corpibus tpatis quorū sanguis fortis pit̄ aduri ꝛ denigrari / nō disponit ad tristiciam sed ad cōstantē audaciā. quā quidā vocant fortitudinē cordis / disponit q̄z ad mediocrē iram q̄ leticia frangit eam cum ad eaz sint magis ꝓni q̄ ad tristiciā. Sed si ex vehemētissimis causis ira fortis excitet̄. in talibus tarde sedat̄ ꝓpter grossiciez seu spissitudinē p̄dictoꝛ. ¶ Sanguis aūt grossus ꝛ frigidus non tñ turbidus / q̄lis est in corpibus habētibus cor tpatū ꝛ epar siccius ꝛ frigidius tpato sed magis siccum q̄ frigidū. vt vtentibus dieta generatiua de se mediocris sanguinis. reddit hominē mediocrem in omnibus accidentibus animi. vt nō magis sit ꝓn⁹ ad hoc q̄ ad illud. Sed in tantū differt ab his quoꝝ sanguis est tpatus. qm̄ ex dispositōne sui sanguinis est solidus siue constans in inchoatis ꝓpter grossiciē spirituū suoꝝ. ¶ Si vo sanguis sit grossus ꝛ frigidus ꝛ turbidus / sicut in habētibus epar equaliter frigidum ꝛ siccum tpato. vel amplius frigidum. ꝛ vtentibus his que generant hmōi sanguinē disponit ad celere ꝛ pmanentem tristiciā ꝛ ad lentā vel tardam iram. Sed si excitet̄ ira ex forti cā / nimium ꝓfunderat. ꝛ inclinat ad odium vel ad rancoꝛē. Fortitudo tñ ire istoꝝ / minoꝛ est q̄ in habētibus grossum ꝛ turbidū atq; calidū sanguinē. Sed maioꝛ q̄ in habētibus ipm subtilem ꝓpter qđ naturaliꝛ odiū inueterat̄ in istis. ¶ Ecce q̄ vm ista ꝛ silia / sumūt̄ medici signa cōplexionū. ꝛ attribuunt aliis conditiōes sanguineis. aliis colericis aliis flegmaticis. aliis melancolicis.

Consideratio .19.

Passiones spūales solent immutari mediate tñ ꝛ dispositiue / p actionē q̄litatū primarū. ¶ Subsequit̄ hec cōsideratio ad declarationē p̄cedētis. Nam varia dispositio sanguinis atq; spirituū / causat̄ principaliꝛ a multiplicatōne q̄litatū primarū. ¶ Sumamus aūt p manuductiua declaratiōe p̄dictoꝝ exēplū qđ in ebrijs q̄tidie cōspicimus. Constat ei aliqs primo vino se repleuerint / tpatos esse ꝛ sedatos in affectōibus. q̄ post vinū abūdāter sumptū trabūt hi ad irā vehemētē. hi ad tristiciā melācolicā. hi ad leticiā effusā. hi ad spē. hi ad tiorē. hi ad audaciā. hi ad odiū ꝛ indignatio-

onem. hi ad benignitatē et amicitiā. ¶Cur aūt fit hec tanta varietas: nimirū. q; variatur accidētalis dispositio sanguinis ⁊ humorū. atq; spiritūū/ex actōe vini ⁊ qualitatum suarū. ¶Quo circa facile est ppēdere/quantū opet hec vel illa complexio fira qōammō ⁊ pmanēs/si in accidētali ⁊ transeūte dispositōe corpis. difficilis tāq; subita et potens opatio subsequat adeo quidē vt si videris ebriū prius sobrium. fere dicere possis. hic vtiq; nō est ille ¶Beniq; quātūpsit in moali negocio cogscere/tales passionū origines tam apud se q; apud alios vel corrigēdos vel docēdos/nō oposum ē aduertere. cū nō eadē videant ebrijs ⁊ sobrijs fm pōm. aliterq; pinde sint ad deuotionē ⁊ virtutē inducēdi/sic vel sic affectati. Qō vtiq; vidit sapiens mulier Abigail q; nabal non nisi post vinū digestū cōmonuit. Hoc insup lucidissime tradidit optimus moralis artifex Gregorius in suo pastorali.

Consideratio .20.

Passiones oēs. p imaginatiuā virtutē. solite sunt vel intēdi notabiliter vel minui. Et hic inseremus de reliquis originibus ipsaq; passionū. ¶Itaq; quantā vim habeat vtus imaginatiua tradunt pbantes ⁊ medici/p expientie libū edocti. Dicūt enī ipsam habere virtutē regitiuā ⁊ immutatiuā totius corpis. ¶Qō vt facilius innotescat/supponamus primo cū pho q; spēs seu forma rei vl eius fantasma seu imago. habet vim alterādi ꝓportionabilr vel agēdi/ sicut habet res cuius est imago/ quēadmodū spēs ignis habet vim calefaciēdi. spēs niuis infrigidandi. Non tñ in equali gradu ad rē ipsam. ¶Supponamus preterea q; spūs aialis/delatiuus est formarū seu specierū. sicut aer recipit spēs colorū vel alioꝝ sensibilium. Et he spēs licet non sint sensibiles in aere. faciunt tñ sensibiles impssiones in corpibus dispositis. sicut spēs colorū/ causant imaginē in speculo. Sic imaginatio turpis figure/recipit in spiritib⁹. ⁊ deferēt facit in semine deciso tpe talis imaginatōis/notabilē effectum turpitudinis. si cut imaginatio ethiopis assimilationē inducit ad ethiopem. ¶Hec aūt delatio formē imaginate pōt fieri dupliciter. Uno mō me imaginate pōt fieri dupliciter. Uno mō q; ipsamet forma moueat ⁊ deferat ad modum sui subiecta. sicut si sal liquefiat in aqua ⁊ deferēt ⁊ expandit p aquā. Alio mō fit hec diffusio/p radiationē ipsius forme imaginate. q; habet vim suipsius diffusiuā ⁊ causatiuā lumen/qō causatū pōt ꝓducere aliud lumen. ¶Supponamus insup q; delatio talium formarū p spūs/pōt puenire vsq; ad sensus exteriores q; casu fiet in sensibus exteriorib⁹ talis sensatio suo mō. ꝙlis fieret si ab extrinsecis obiectis moueret. Hāc cām reddūt aliqui cur dormientes exercent opa vigilantiū. Cur etiā maniaci ⁊ aliqui melancolici/credūt ea videre vel sentire extrinsecus/q; nō nisi intrinsecus certū est fieri. Hinc euenit vt dum hō est in tenebris et timet/putat se qñq; videre imagines terribiles. vel audire sonos horrēdos. quemadmodū melancolici etiā in pleno die loquentem lucidis/patiunt talia. ꝓpter tenebrositatem spirituum. q; horret qōammō ipsa aīa vel virtus imaginatiua. Et hinc semper tristes incedunt. qr cām trifticie sue/secum ferunt ¶Hec est rō cur aliqui timēt nō timenda. Cur in suspitiōes mirabiles ⁊ falsissimas cadūt. ita vt credāt se aliqñ queri ad mortē. vel ad incarcerationē vel spoliationē. ⁊ inde fugiūt: nemine psequēte. trepidantes timore vbi nō est timor. Cognouit talē tpe meo qui ingeniosissimus erat ⁊ gitus valde in medicina. qui tandē fugit in nemora occulta nec vltra ꝓparuit. Sic aliquis estimabat se gallū ⁊ more galli cantabat. Alius murilegū: ⁊ sublectis mures qrebat. Alius imaginans se hāc cornua in fronte/verecūdabat q; ienciūq; videbat se inspici ⁊ frontē tegebat. Alius imaginās se notari de infectōe lepre vel de morbo caduco/oēs fugiebat ⁊ trepidabat aspectus ⁊ sermones. Alius imaginans se hāc pedes ferreos/calcabat validissime sup terrā. Alius ambulare nō audebat fantasiās pedes suos esse vitreos. ¶Sic saluāt expositores aliqui quō nabuchodonosor comedebat fenū sicut bos. ⁊ cum feris habitabat. q; se bouē esse fantasiabat. Sic asserunt medici q; imaginatio facit casum ⁊ morte indu-

ſit. Et hāc virtutē vſq; ad hoc elenare vo-
luerūt aliqui. vt p̄ eā mirabiles impſſiões
fieri in elemētis ⁊ in rebus extrinſecis vt q̄
cenna) cadat camelus. ¶ Talia ſunt innūe-
rabilia. Nam infinite ſunt ſp̄es hmōi fan
taſiarū vel melancoliarū ſm traditionem
ad imaginatiōz alicuius (ſicut refert Aui
medicorū q̄s Oratius furores appellat vl'
inſanias. deducēs ex hoc oēs hoīes in ali-
quo mille furores. Et in Eccleſiaſtico dr̄
q̄ ſtultorū infinitus eſt numerus. ¶ Hec
aūt cōſideratio docet q̄ ſaluberrimum eſt
aſſuefieri/vt animus noſter/a fantaſmati-
bus quantū poſſibile eſt fieri/ſe deundet ⁊
habeat tetigim⁹ alibi in tractaculo de pra
tica theologie myſtice. cōſideratōe vltia.
¶ Rurſus apparet q̄ periculoſum ſit hoī
dimittere ſe nimis labi ⁊ p̄fundari in
imaginatōes vel fantaſias p̄ſertim vicioſas
et circa picturā. ſemp̄q; labētia. vt ſūt bñfi-
cia honores ⁊ diuitie. Nam cū generent
cauſent. naturaliter fit. vt p̄dere ſue indina
tionis/ſic immutēt imaginatiuā virtutē. ⁊
ex cōſequēti totū hoīem/q̄ neceſſitate que
dam trahāt hō velut brutū. vt quēadmo-
dum fit in illis q̄s p̄s beſtiales appellat.
Sic vtiq; verū eſt. q̄ oīs imaginatio p̄ſum
data habet ſuā inſaniā vl' ebrietatē ⁊ quaſi
demoniacā paſſionē ſicut dicit Origenes.
Ledit q̄z notabiliter ſeu puertit totaliter iu
dicū rōnis. p̄z in philocaptis/p̄z in ambi
ciosis. in auaris. in inuidis. in impatienti
bus. in quibus verificat illud p̄uerbium
Furor fit leſa ſepius patiētia. ¶ Ita demū
p̄uenit vt dimiſſo vocatiuo caſu/q̄ venire
et intro ire in domū dei neceſſe ē. q̄ nemo
ſibi aſſumit hunc honorē ſed qui vocat a
deo ſicut aaron. alij p̄ noīatiuū caſuz. alij
p gtiū. alij p actiū. alij p ablatiuū. cōpati
bus querāt aſcēdere. ¶ Addam⁹
flexum quē habēt in potentijs cognitiuis
ipſe imagines vel fantaſmata vel ſp̄es ad
inuicē ⁊ cū habitibus ⁊ paſſionibus inde
ſequētibus in potētijs affectiuis/ita vt nō
ſit dubiū quin mirabilior varietas inde re
ſultet q̄ ſufficeret cauſare ſimplex aliqua
imago talis. vel fantaſma vel paſſio ſeq̄ns
¶ Q̄ ſi fuerit concurſus ordinatus vt in
virtuoſis. nemo dubitauerit quin oriatur
inde ſuauiſſima ⁊ mirabilis armonia/ve-
luti citharedorū multorū citharizantium
in citharis ſuis quā ipa inhabitatrix ſapi-
entia delectat audire. Alioquin reſultat
horrēda p̄ſus ⁊ amariſſima tumultuatō
tanq̄ maris refrangētis in ſe ⁊ ad cautes/
fluctus ſuos. Puto nō ob aliud dixiſſe p̄-
phetā. cor impij/tanq̄ mare feruēs. ¶ Be-
niq; ſicut diximus de imaginatiua virtu-
te. ita p̄portionabiliter ſuo mō traducere
poſſumus ad potētias ſuperiores non orga
nizatas q̄ ſūt rō ⁊ ſpūs. q̄uis ad act⁹ iſtaꝝ
potentiaꝝ nō ſequat̄ de p̄ ſe corpis immu
tatio. quēadmodum virtus imaginatiua
mutat illud. fit cū/vt actuata vehementer
ipſa rō/rapiat ad ſe q̄ammō potentiam
imaginatiuā ⁊ ab actu ſuo ſuſpēdat eam.
Sicut ipſe ſpūs ſit⁹ actuat⁹ rapit ad ſe rō-
nem ⁊ imaginationē. vt neſciat qui hmōi
eſt. an in corpe vel extra corpus/ea q̄ videt
intelligat. Rurſus fit aliq̄n redundantia
ſuperiorū harū potentiarū in inferiores quē
admodū beatitudo aīe/redūdabit in cor-
pus ⁊ potabit illud.

Conſideratio .21.

Paſſiones triplices ſp̄uales et
rōnales ⁊ aīales/reddunt in
virtuoſis pſalteriū decacorduz
cum cantico in cithara. Sp̄us em̄ (ſi qua-
dam appropriatiōe loquimur) pſallit. rō
cātat. ſenſus citharizat. ¶ Videamus in
primis de pſalterio myſtico. q̄d ad exēplar
cordis ſicut ⁊ citharā. ars ipſa fabricauit.
Nominemus ergo corpus ſeu lignū nr̄i
pſalterij vim affectiuā ſuperiorez in qua tot
corde ſonabiles extenſe ſunt/ſ̄t ſunt verita
tis aſſertōes vt q̄ deus pater noſter eſt. q̄
deus in celis eſt. q̄ deus eſt iudex iuſtus. ⁊
ita de reliquis quibus ita aſſentit rō hūa
na q̄ſi digito alio ſtudioſe meditatōis di-
recta. Sed ne quid nimis/ſp̄us habet ple-
crum diſcretōis. q̄ tēdit ⁊ remittit cordas
ſentētioſe veritatis. ¶ Rurſus corde tales
debito moderamīe tenſe ⁊ pcuſſe. reddūt
ſonos varios ſm̄ varietatē paſſionū. ita vt
amor qui ē generalis ⁊ radicalis paſſio ſta

biliat ꝑ tenore. Porro decē reliquę passiõ
ne s. efficiũt decē sonos alios principales,
de sonis eñ lateralibus ⁊ appẽdicijs/non
est numerus sicut nec de hmõi passionib⁹.
¶ Cõstituamus si placet ꝑ manuductõe
exẽplari. psalterñ aliq̃ decẽ cordarum ex
decẽ oꝛonis dñice sentẽtijs. sicut ex decẽ ꝑ-
ceptis iuxta imaginationẽ Augustini vel
ex alijs scripture locis fabulare potuerat.
Prima cordā sumimus ex hoc noĩe pater.
⁊ hec appellaẽ paternalis adoptio. Secũdaz
in hoc noĩe nr̃. q̃ appellaẽ fraternalis asso-
ciatio. Habemus terciā cũ dr̃ in celis. hec
est dei exaltatie. Habemus alias septẽ peti
tiones q̃ sunt. Sanctificet nomẽ tuũ. Pei dñatio. Adue
niat regnũ tuũ. Voluntas tũ diuine ⁊ hu-
mane vnitio. fiat voluntas tua sicut in ce-
lo ⁊ in terra. Propria defectio. Panẽ nr̃m
q̃tidianũ da nobis hodie. Debitoꝝ mul-
tiplicatio. Et dimitte nobis debita nostra
Temptationũ impulsio. Et ne nos ĩducas
in temptationẽ. Mali eterni notatio. Sz
libera nos a malo. ¶ Percute cordā ꝑmā
digito studiose ⁊ attente meditatiõis/ illa
reddit sonitũ amoꝛis dei. ¶ Percute cor-
dam scām illa reddet sonũ amoꝛis pri-
mi. Percute cordā terciā illa reddet sonũ
cõstantis audacie. Percute cordā quartā
illa reddet sonũ zeli ⁊ ire in ꝓbanãtes dei
nomẽ. Percute cordā quintā. illa reddet
sonũ spei sancte. Porro corda sexta dũ tan
gitẽ. Sonat dilectionẽ atq̃ leticiaz: Corda
septima. desideriũ ⁊ ꝓsecutionez. Octaua
doloꝛẽ ⁊ odiũ. Nona fugã ⁊ hoꝛoꝛẽ. De-
cima timoꝛẽ ⁊ de suis viribus fidẽtibus de
sperationẽ. ¶ Potuerãt hec latiꝰ sermo
ne deduci. ondendo q̃ etiã corda prima q̃
est paternalis adoptio si tangaẽ sapienter/
digito sctẽ meditatõnis/ apte reddit sonũ
quelibet virtuose ⁊ spũalis affectiõis. Sic
rursus in alia q̃libet (q̃uis nõ equa facili-
tate) repies vt sit sonus tuus multiplicaꝝ
sup numerũ. Ex q̃ resonãtia fit. q̃ cadũt ⁊
recedũt maligni spũs viciorũ tanq̃ citha
rizante dauid. desinat nequã spũs exagita
re saul. ita vt cuilibet decẽ sonorũ pricipa-
lium/ possit aptari vna ex trãsgressionib⁹
decẽ ꝑceptorũ. ¶ Addamus ad hec q̃ dñi
meditatio nr̃a ferẽ sup hmõi cordas sentẽ
tiose veritatis. ⁊ ad reddendũ sonoritatẽ
religiose affectõnis seu passionis. Fit hoc
aliq̃n ꝑ rõnes sumptas eternas ⁊ exꝑmis
sapie principijs ⁊ tũc reddit sonus in psal
terio tanq̃ de supnis. Fit hoc aliq̃n ꝑ rões
sumptas ex affectibus ⁊ sensualibus expiẽ
tijs/ ⁊ ita resultat sonus in cithara tanq̃ ex
infimis. Fit hoc aliq̃n ꝑ rões sumptas ex
deductõne cõclusionũ ꝑ principia prima:
vel ꝑ ratiocinationẽ ab effectib⁹ ad cãs sui
as sumptã. ⁊ ita reddit̃ cantici iocundꝰ
velut in gutture ⁊ faucibus rõnis. ¶ Sic
psallimus spũ ⁊ mẽte cantamus in cordi
bus nr̃is cantica dñi. Sic citharizam⁹ mot-
tificatis q̃ammõ ⁊ ꝑ disciplinã desiccat̃
alioquin nõ esset psalterñ iocundũ absq̃
hac cithara. Sic optabat psallere, canere
et citharizare q̃ dicebat. Exurge psalterñ
et cithara exurgã diluculo. Sed q̃d ꝓcor ẽ
exurgere diluculo ⁊ puto q̃ est ad primos
gr̃e ꝓcẽplatiue radios splendentes ꝑ ite
gionẽ ꝓtinus erumpe ⁊ velut ex silẽcio dice
re. bonũ est cõfiteri dñō ⁊ psallere nomini
tuo altissime. mysticis modis dicis. Ad
annũciãdũ mane ꝑspitatis misericordiã
tuã ⁊ veritatẽ tuã ꝑ noctẽ aduersitat̃. In
decacordo psalterio cũ cãtico in citharã.

Consideratio .22.

Deꝰ et vltima.

Passionales sermones assumi
pñt vt inducanẽ hoies ad vẽ-
tem. veritate tñ ⁊ discretione sp obseruata
¶ Laudat Aris. in rhetoricis illa indicia
apud q̃ phibenẽ dici sermões passionales
et vbi veritas nuda ꝓponi iubeẽ. Recte id
quidẽ. si nulla ex pte iudex quereret aliũ
de diuerti a tramite recto iusticie. quãdo
modũ si nullos vnq̃ fieri cõtingeret para-
logismos. ars de sophisticis ⁊ elenchis fru
stra esset. Sed cũ ꝓsuasiones passionales
q̃tidie fieri cernimus aduersus veritatem
tam ꝑ nosipsos in quibus habitãt hmõi
passiones ex corruptela peccati q̃ alios:
quis phibuerit (sicut arguit Augn. quar
to de doctrina xpi) quis inq̃ phibuerit
eloquentiã seu psuasionẽ rhetoricã indu
ci licere ꝓ defensione veritatis et ꝓ sua in
cordibus humanis plantatõe. vt libẽter ⁊
obedienter audiaẽ veritas aduersus pal-

liatam ⁊ fucatā falsitatē ¶ Addimus in cōsideratōe. q veritas tñ ⁊ discretio / semp obseruet. Male em̄ p veritate certaret falsitas qm̄ nō sunt facienda mala vt bona eueniant. Silr nec asserenda falsa sunt vt veritas cōfirmet. Proinde si mouere que obseruata discretiōe / nihilominus magis effeceris. q̄ si equū velocē stimules ad cursum sine freno. sicut eniz discretio sine passionali iacet. sic affectio sine discretiōe ꝓcipiat. Qua in re placet attēdere quas industrias obseruat discretio. Discretio permittit sepe passiones aliquas vicioſas succrescere. dum plantandis virtutibus curā impēdit. Docet quippe eam / parabola euāgelica: de nō extirpandis p omni tpe zizanijs. ne simul eradicet ⁊ triticū. Raro em̄ vel nunq̄ germinat in nobis triticū virtutis / sine zizanijs aut paleis / alicuius vanitatis. Plerūm cum primū necesse sit esse animale. qđ animale est ꝑm apl'm deinde illud qđ spūale. Viderint ergo q̄ indiscrete se habeant eruditores puerorū vel aliorū aialium pueris / si protinus eos quesierint exuere ab omni passione vicioſa. eos velut ad spiritualē senectutē subito ꝓuehere cōtendunt. Si demū sine ordine ⁊ tpe zelus eorū ꝑm sciam implacabili feruore ꝑsequi moliat. Amplius vo pmittit discretio passiones aliqs germinare vel crescere / nō q̄ placeant aut pulcre sint. sed ne deteriores inualescāt passiones sicut retundit clauus clauo. ⁊ dolor ē medicina doloris. Sic em̄ respectus humane laudis / vel timor infamie vincit aliqn̄ turpiores adulteriorū ⁊ stuprorū ⁊ rapinarū aut aliorū hmōi flagicioꝝ / opatōes / sic torerabilius est pmittere diuisionē odioſaz fieri inter quasdā psonas / q̄ impudico se amore cōmaculent. sic ad felicē reipublice miniſtrationē / inducunt ipsi principes aliqs̄ p fame reꝑ omissionē. Sic ad lras cognoscēdas ꝓdest pueris emulatio quedā (licet vicioſa) vt socios exuperent. ¶ Rursus discretio / sicut pmittit passiones aliqs vitupabiles sic aliqs laudabiles / ꝑsertim fortiores ⁊ sublimes qñq̄ cessat inducere. si in deteriorē exitū. eas versum iri cognouerit. Reputa si parere tibi. si frenū suū prati postea recusarē. Non em̄ pñtia tñmō spectare satis habet discretio sed rerū exitū prudēter ipsa metit. Nihil quidē sublimius ⁊ nihil periculoſius ⁊ tentatōibus magis expositū / q̄ ambulare p viā affectōis amoroſe dum vehementia in se habet. sic amor vti zelus do.t. vehemētiſſima est passionū ¶ Postremo placet ipsi discretōni. sobria mens ⁊ modeſta. si tñ solicita est ambulare cū deo suo p viā mandatorū suorū. ⁊ hoc via regia a patribus trita. tā q̄ si iumentū sit apud deū. tā q̄ ꝓterea sit asina q̄ agitat iesus in irl'm. Plus q̄ in q̄ placet talis quedam rudis mes. ⁊ arida terra sine aqua / q̄ si reiecto freno discretōis / q̄reret ductu ꝓpriorū affectuū in mirabilibus sup se ꝑruptā mōtiū ꝓtēplatōis. p alta ⁊ sublimia sapīe. p desideria flamātia q̄bus accēdit feliciter quidē si discretōi sp inheserit / saluare se in mōte ⁊ illic despectis imis iubilare deo / in decacordo psalterio / cū cātico in cithara cū ꝓpba abacuc dicere exīstia sup excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.

¶ Finit.

Carmen ad Petrum

de Ailyaco Cameracēn. Cardinalem ꝓ quō hec vita quoddā somniū est.

PEtre quē totū frenesis replenit
Hominū cur nō miserā vocem?
Pluriū vitā: an caret sopore.
Cor vigilantum?
Non caret / nam quas aliunde somni
Tradimus causas / nisi q̄ recludit
Dissa de corde cerebri meatus
Fumida nubes?
Quis ⁊ quātus varius frequensq̄z
Fumus occursans modo vel recursans
Occupat sensus vigiles ab intus
Idola turbans
Ebrij testes / varijs homo fit
Ebrius causis / put appetentum
Passio sese / vehementer alto
Corde ꝓundat.
Nonne vesano furiunt amore
Plurimi sic oat odium vel ira
Timor ait zelus vel opum cupidō
Gloria vana.

Carmen de somnio vite

Error hinc in vi stolidus resultat
Estimatiua/spes q̄ intro
Res quasi veras capit/ac ineptum
Judicium fert.
Somnians crebro vigil esse credit
Disputat versusq; facit/reflectens
Se sup/dicit vigilo nec erro
Somniculosus.
Soluit somnus quid eum fefellit
Conspicit/vultus sibi carere
Deliramento/vicios̄a primum
Passio cedat.
Vana virtutum simulacra fingit
Passio/nunq̄ bona iudicatrix
Fert suā prauus frenesim/videbit
Liber a illa.
Liberat clamor/melius monētum
Soluit letargum/reuersa cessat/
Pena si det/sine vel furoris
Tempora labi.
Sortis humane miseratus esto
Suauis interpres/rō vigorem
Seruat in paucis/habet hinc minorē
Culpa reatum.

Explicit.

Incipiunt capitula

huius opusculi de mōte cōtemplatōis.

Capitulum .i.

Quasa quare de materia tam alta cōscribit gallice potius q̄ latine ⁊ simplicib⁹ ⁊ illiteratis potius q̄ doctoribus.

ij Natura ⁊ magna scia nō est oīno cōtemplationis necessaria.

iij De duobus hoīm generibus ⁊ qui habiliores sunt ad cōtemplationē

iiij De duobus modis cōtemplatiōis vno in scia. alio in affectu.

v De magna differentia inter sapientiam ⁊ sciam.

vj Q̄ nullus debeat dici sapiens nisi sit bonus.

vij Quō simplices ⁊ idiote possunt peruenire ad sapientiam p exemplum a simili.

viij Que sunt opa p quē deus pfectius cognoscat̄.

ix Continuatio brevis seu epilogus pdictorum.

x Q̄ amor dei principiū est et finis vite cōtemplatiue

xj Nō amor mundi primo est remouendus.

xij Qualis sit pena in dimittēdo amorem mundi.

xiij Quō aliquis possit a mittere amorem mūdi p exemplū ostendit̄.

xiiij Nō legere aut audire sanctorum. aut sanctarū vitas ꝓfit ad contemplationem.

xv De angelorū suffragijs ⁊ aduersitatibus atq; generibus a liquorū hominum ꝓsperitatē vel aduersitatē habentium.

xvj Incipit loqui de scala cōtemplatōnis dei cuius tres sunt gradus scz humilis penitentia. locus secretus cum silencio. fortis pseuerantia/vt beatus Bernardus ponit sup cātica canticorum.

xvij Quō a labore active vite incipi debet vita cōtemplatiua.

xviij Gratia singularis aliquibus collata. nō est ab oībus imitāda. Et q multi oppositum facientes sunt decepti.

xix In quo consistit pfectio vite ꝓtemplatiue p similitudinem amoris mūdani declarat.

xx Qualis sit amor dei quē cōtemplatiuus habere debet.

xxj De scdo gradu cōtemplatōis ⁊ duro conflictu ibidē existente.

xxij In quali statu sit contemplatiuus in scdo gradu cōtemplationis.

xxiij De duobus modis silencij ⁊ solitudinis.

xxiiij De naturali secreto.

xxv Quō corpus cōtemplatiui debeat ordinari ⁊ de impedimentis adhuc nientibus.

xxvj Disputatio quō vita contemplatiua sit pficua ⁊ primo sibi ipsi.

xxvij De pfecto magno quē cōtemplatiui alijs afferunt.

xxviij Quod nō sit supbia tendere ad vitam cōtemplatiuā ostendit per exemplum.

xxix De excellentia cōtemplatiui super activos.
xxx De necessitate gratie dei ipsi contē platiuo.
xxxi Qualiter aīa in contemplatiōe dī elevari sup corpus ⁊ qōāmō ipm deserere ⁊ efficiē simpler ⁊ vnica.
xxxij Memoria libri mgr̄i Richardi de sancto Victore de cōtemplatōe.
xxxiij De tercio gradu cōtēplatōis. ⁊ sili tudines quedā naturales.
xxxiiij Quō fortis perseverātia necessaria est cōtēplatiuis declarat p exemplū
xxxv De impedimētis pluribus ne possit quis mōtē cōtēplatōis ascēdere.
xxxvi De quibusdā adhuc alijs impedimentis in via ista.
xxxvij Quidam modi meditādi qui pñt seruari in cōtemplatione.
xxxviij De mō cōtemplādi quem beatus Bern̄. tenuit in principio.
xxxix De alio mō meditādi p exemplū mendicantis.
xl Commēdatio istius modi cōtēplationis tanq̄ secure vtilis ⁊ lenis.
xlj De mō se vsitandi in cōtemplatione p̄dicto p istum modum.
xlij De tribus dei iudicijs ante oculos mentis revocādis p materia contemplationis.
xliij Quō quidā deficiunt in p̄seuerancia forti ⁊ ideo in cōtemplatōe modicum p̄ficiunt.
xliiij Quedā imaginatio montis cū tribus tabernaculis sine habitaculis scz fidei spei ⁊ charitatis.
xlv De tribus modis quibus gr̄a dei detur.

Finit.

Prologus in tractatum eiusdem dñi Johannis de Gerson Cancellarij Parisien. de cōtemplatiōe ex Gallico in latinum translatum.

Capitulum .1.

Causa quare de materia tam alta conscribit gallice ⁊ simplicibus ⁊ illiteratis.

Quam plurimi nōnulli fortasse poterūt ac querere p̄pter cur de materia tam sublimi. puta de vita cōtemplatiua scripserim tractatū p̄sentem idiotis simplicibusq̄z. videlicet sororibus meis ac etiā lingua materna gallicana. ⁊ non potius sermone latino. ipsis scia ampliori imbutis. cū ista materia ad illiteratos simplicesq̄z nō pertineat? Ad qō ego inquā. Quia em̄ in libris varijs doctorū sanctorum/de vita p̄tacta subtiliter tractat̄/vtpote a sctō Gregorio in moralibus/necnon a beato Bernardo super cantica. Item a Richardo de sancto victore. ⁊ a q̄pluribus alijs ad dicta quorum/eruditi scientijs cōfugium facere possunt. Idcirco talib⁹ scribere talia supsedeo. Sed ⁊ secus de simplicibus ⁊ illiteratis p̄sertim sororibus meis/quibus p̄sentia conscribo de materia contemplationis. Latinos sermones intelligere nō valentibus. Et cum dicat ap̄l's q̄ mulier innupta ⁊ virgo. cogitat que dñi sūt/vt sit sancta corpe ⁊ spū/que aūt nupta est. cogitat que sunt mundi/quō placeat viro suo Ideo vtilius ⁊ cōuenientius me compilare ⁊ scribere non posse iudico dictis meis sororibus (que dei gratia p̄dē absq̄z matrimonij vinculo viuere p̄posuerunt) q̄ quō ⁊ ipse deo placere poterint eidē famulando continue. eumq̄z amādo ⁊ honorādo. Nec earum me simplicitas ab opere illo retardare habet. cuz p̄m intellectus sui capacitatem velim p̄cedere. quem in eis expertus sum. nihil in comp̄hensibile dicturus aut difficile.

Capitulum .2.

Literatura magna est scia/non est oīno cōtemplatiuis necessaria.

Quamuis aūt copia scientie ⁊ literatura eruditioq̄z legis diuine ac sacre scripture. non modicum ad apicem cōtemplationis volare cupientibus p̄fert amminiculum. nihilominus idipsum interdum obest multū pluribus. non quidem ex se. sed occasione inflatiōis ex scientia prouenientis ⁊ accepte. Impossibile autem est/ad veram cōtem-

plationem. alio itinere quam p humilitatem puenire. sicut dicit apls. Si quis inter vos videt sapiēs esse in hoc sēculo. stultus fiat vt sit sapiens. Hoc est. intellectus suum humiliter. stultum se reputās respectu diuine sapientie. puta nō valens comphendere dei iudicia atq; opera. Hinc est q; in contemplationis acquisitione/pluribus scientificis/viam ad eam pueniendi nil tantū intercludit/q; se humiliare dedignant. scz eorum intellectum occupando et summittendo mysterijs redemptionis dñi nostri. suisq; factis tam humilibus et exemplis relictis. ¶ Et tñ p istud hostiuz q; tam humile atq; bassum est/nō intrās fur est z latro in vanum q; laborat. Sicut dicit dñs. Invanitate sensus sui capite inclinans leuato in magna scz sui intellectus reputatione z scientie sue. spernens inclinari efficiq; vt parulus. nunq; p hostium illud humile poterit introire quin potius offendens abijt retrorsum. ad instar quorundam dñi nostri discipulorum. de quibus scriptum est q; abierunt retrorsum. cū scz eum capere z intelligere nequiverāt de sūi corporis mysterijs docentem. ¶ Qua de re etiam accidit quosdaz doctissimorū opinasse/q; vtinam ad tantam scientiam nunq; pueniissent/sed potius premansissent in sua simplicitate/quemadmodum matres eorum sine literatura. ¶ Non rōne scientie ex se q; scz p̄ficua non esset. immo prodest multum p omnem modum/ea vtenti bene. humiliter z in dei gratia. sed pueniit illud ex surreptione supbie/sicut dicit apostolus/quia scientia inflat. Accidit item z vim complexionem ac psonarum varietatem. Experimur vinum optimum obesse non parum: febribus laboranti. Sicq; ensem furibundo. qui quippe cum tali seipsum mactet. Videmus etiaz oculis egris odiosam esse lucem/que puris delectabilis. dulcis z amabilis est. Similiter est de scientia. q; ipsa scz homini moribus inordinato atq; indisposito. p abusum multū est damnosa.

Capitulum .5.

¶ Qui ad contemplationē meliores sunt.

Sicut dicit beatus Gregorius sexto moral'. sunt quidam naturaliter aut ex complexione vel consuetudine/ad exteriora occupationesq; terrenas ita inclinati q; ad contēplationem se eleuare nequeunt. multo autez habiliores reperiuntur ad vitam actiuam. Quod si ad oppositum niterentur. in magnos inciderent errores z blasphemias. Tanto enim deteriores coram dis tumultus tolerant quanto eis licentius ad cogitationes vacat. Ideoq; tales in actua ipsos exercitare debent. ¶ Alij vero mentis sunt tam tranquille z ociose. vt si eos laboz occupationis excipiat in ipsa operis inchoatione succumbant. sed delectabiliter viuunt in consideratione operum dei vitaq; celestis. z hec rumināntes atq; tota humilitate de sua salute meditātes. Et tales quantum valent mentes suas ab exercitatiōe immoderati operis abstrahant. Sepe enim qui deum contemplari quierunt. terant. occupationibus pressi ceciderunt. Et sic tales in operatōnibus exteriorib; occupati plus deficerent q; proficerent. ¶ Sunt alij qui ex consuetudine aut virtutem contemplationis vel dei dilectionem excellentem aut certe eis a suis progenitoribus aduenit vt scilicet habeant mentem habilem z quasi ambidextram valentes se modo vno modo alteri se tradere vtiq; quales esse prelatos decet. ¶ Quodo accidit quandoq; q; quidam clerici z literati. Sunt de statu primo z conditione talium. quare sequitur q; sepius ipsi errant. se nimis profundis cogitationibus ingerunt. dimittendo operatōnes z exteriores occupationes. Etiam euenit q; simplices persone/z illiterate sunt de alio statu. z ditione alia. z tales secure possunt vinere in solitudine. z semp aut frequenter cogitare de eorum salute/sine alia occupatione terrena. ¶ Ita ergo videtis manifeste q; p sone simplices non sunt repellende/quinetiam eis est bene scribendum de vita ista contemplatiua. ¶ Videmus etiam z vi

dimus per experiẽtiam in sanctis heremitis ⁊ in aliquibus feminis q̃ plus profecerunt in dei amore per istam vitam contemplatiuam. q̃ fecerunt vel faciũt plures magni clerici. Ratio. quia ista vita melius acquiritur per bonam simplicem humilitatem q̃ per literaturam magnam. Sicut dicit Salomon de dei sapientia q̃ ipsa gratinato eius. Ideo precipitur alibi. Que rite deum in simplicitate cordis. quia ipse simplicissimus ⁊ reperitur per simplicitatem.

Capitulum .4.

De duobus modis contẽplationis. Uno in scia. alio in affectu.

Sed pro plenioꝛe satisfactione in ista materia/cõsidero q̃ vita contemplatiua habet in se gradus ⁊ partes quarum vna est subtilioꝛ alia. Et est vna talis que inquirit per rationes fundatas in vera fide dei naturam ⁊ ipsius essentiam ⁊ eius opa. Et vas let ista contemplatio ad reperiendum nodum. aut etiam ad defendendum contra errores ⁊ falsitates hereticoꝛum ⁊ infideliũ. Et de tali materia nõ intendo loqui ad presens. pertinet enim solummõ ad bonos theologos. bene in sacra scriptura instructos. non autem ad simplices. nisi esset per inspirationem ⁊ miraculose ipsis data sicut accidit in apostolis qui erant valde simplices ⁊ sine literatura ⁊ pluribus aliis

Una alia pars contemplatõnis est que principaliter tendit ad dei amoꝛem ⁊ ad sapiendum suam bonitatem sine magna inquisitione clarioꝛis cognitionis quam est talis de vera fide que data est eis aut certe inspirata. Et ad hanc contemplationem possunt pertingere simplices psone. in dimittendo curas mundiales. Et in cultoꝛdiendo coꝛ suum pure ⁊ munde. Et de ta li loquoꝛ in presenti: Et credo q̃ ista sit sapientia ⁊ contemplatio quam principaliter beatus Dyonisius in libris suis ỏ mistica theologia edocuit. et est sapientia excellentioꝛ ⁊ altioꝛ quam possumus habere in hoc mũdo. que fuit ei revelata p̃ beatum Paulum apostolum. cuius ipse extiterat discipulus.

Capitulum .5.

Magna differentia est inter sapientiam ⁊ scientiam ꝑm doctoꝛes.

Magnam differentiam assignãt doctoꝛes sancti/ inter scientiam et sapientiam ⁊ principaliter beatus Bernardus. Quia sciẽtia pertinet ad intellectum ⁊ conuenit isti soli. sed sapientia ad effectum. Et ideo ꝑm nomen suum sapiẽtia valet tantum sicut saporosa scientia. qui saporꝛ respicit affectionem desiderium appetitum et voluntatem persone istius cui inest. Et ideo potest in aliquo magna scientia vel cognitio esse in quo erit modica vel nulla sapiẽtia. Ratio. quia non habet saporem vel affectionem ad illud quod ipse scit. Et declaratur per exemplum grossum. Potest enim aliquis cognoscere mellis naturam. quia audiuit aliquando de tali narrare siue loqui. vel etiam quia legit in libris de natura mellis. sine hoc q̃ quãdoq̃ mellis dulcedinem gustauerit. Item medici cognoscunt naturam infirmitatum. et sepe melius q̃ ipse infirmus seu patiens. Sed q̃tum ad sensus doloꝛis/clarum est ipos infirmos plus scire infirmitates. non per rationem sed per experientiam. Sic suo modo potest aliquis habere maximam scientiam vel cognitionem alicuius persone sine magna affectione amoꝛis vel odij complacentie vel displicentie ad talem personam. Et aliqua parte potest aliquis capere magnam affectionem vel complacentiam alicuius/sine magna eius cognitione. Videtis ergo q̃ ꝑm hoc possumus cõcipere ⁊ intelligere/posse esse magnam sapientiam in aliquo. sine magna vel clara cognitione. ⁊ claram ⁊ magnam scientiaꝫ seu cognitionem. sine multa vel magna sapientia.

Capitulum .6.

Nullus debet appellari sapiēs nisi bonus existat.

Secundū dīm vsum loquēdi cōiē tem dicūt cōiter aliqui magni clerici theologi ꝛ phi habere sciam vel sapiam qui sunt instructi in prima pte cōtemplatōis/de qua locutus sum. Sed in tali cōtemplatōe videnē posuisse phi felicitatē vel beatitudinē hūanā. Sed hoc dicere est minus rectū ꝛ est abusus loquēdi nisi tales clerici habeāt cū cognitiōe eorū/ardentē affectionē p dilectionem ad deū. ꝛ ad hoc qō facit eius amorē. ¶ Et sine tali dilectōe ꝛ charitate/nō pōt esse posita ipsa felicitas in cōtemplatōe. nec fuit vnq̄ intētio Arist. alia. sicut ego teneo. ¶ Et q̄ aliter fecerunt/sunt ab ipso aplō reprehensi dicente. q̄ illi qui dicebāt se sapientes. hoc est habere sapiam/facti fuerunt stulti. ¶ Et cām assignat. qr cū cognouissent deū nō sicut deū ipm glorificauerūt. nec sicut deum amauerūt/nec grates ei reddiderūt sz euanuerūt ꝛc. Sic ergo possumus videre q̄s veraciter loquēdo dicere debeamus scientes vel habere sapiam ꝛ q̄s nō q̄ tum cūq̄ lr̄ati extiterint.

Capitulum .7.

Quō simplices ꝛ idiote pōt ad sapiam pertingere p exemplū a silī.

Cognitio vel scia q̄ habē de deo p verā ꝛ solā fidē/sufficit ad puenīendū ad talē sapiam sicut dictū est p amorē dei/ꝛ seruitiū ꝛ eius honorem. ¶ Et videt mihi q̄ sicut dicit Aris. q̄ simplices pōt habere felicitatē credēdo hec q̄ phi testificati sunt de deo ꝛ angelis ꝛ ponere p̄m hoc cogitationē suā affectionē q̄. ¶ Per hoc ꝛcludo q̄ xp̄iani simplices habētes fidē firmā de dei bonitate ꝛ p̄m hō ardenter amāt/verius hōt sapiam ꝛ potiꝰ debēt dici sapientes q̄ quicūq̄ alij lr̄ati/existentes sine amore ꝛ sine affectiōe ad deū ꝛ sanctos eius ꝛ etiā plus placent deo tales magis q̄ alij. ¶ Et q̄ plus est tales lr̄ati sine affectione/deo displicibiles sunt. existētes sicut sal corruptū ꝛ sapientes infatuati ¶ Et ptz hoc p exemplū grossum. Si pater vnus habeat filios duos/quorū vnus nihil scit de secretis sui patris sz solū q̄ sit pr̄ suꝰ ꝛ q̄ totū sm̄ eē ab eo habeat. ꝛ q̄ debeat eum amare ex toto corde ei seruire ꝛ eā honorare ꝛ sic facit de tota sua affectōe. Alter aūt filius multū sciat d̄ secretis patris sui p revelationē a patre sibi factā ꝛ de talibus scit loqui magnanimiter ꝛ tū non habebit aliquā vel q̄li nullā affectionē dulcē et amorosam/ad patrē suum neq; ad obediē quiū eius. Istis stātibus. peto quis illorū filiorū a dicto patre plus amabitur ꝛ plus honorabit et magis remunerabit ꝛ non em dubiū quin primus. ¶ Et insup a patre filio p̄pter talē affectionē ad ipm habeam instruet amplius: de secretis patris sui ꝛ de tota eius hereditate. Sic ēs aūt cōdemnabit p̄pter suā ingratitudinē ꝛ malicia ꝛ p̄pter abusum cognitiōis secretorū sui p̄is sibi revelatorū ab eodem.

Capitulum .8.

Que sunt opa p q̄ deus pfectius cognoscit

Quare iam offēdi (sicut mihi videt) nō frustra ꝛ impinet esse loquendū simplicibus deū ad ta cōtemplatiua/p introductiōe eorū ad dei amorē ꝛ eius degustationē ꝛ saporem p̄ sanctas dulcesq̄ affectōes. sicut p spem bonam. timorē sanctū. p ardens desiderium. p displicentiā ꝛ tristiciā offense diuine per peccatū. ꝛ sic de affectionibus aliis. Et q̄tum ad hoc cognitio vel scia lr̄arum seu literatura/nō requirit vltra plenā grossam q̄ fidē seu credulitatē. quā tales simplices tenent de deo ꝛ de sua potencia sapia ꝛ bonitate. de suis mandatis ꝛ mysterijs generalibus. de nostra redēptiōe. de pdiōe ac de inferno. ¶ Et nō est exile. posse ad qui rere sapiam hmōi de qua dixi. Testat enim Guilhel. doctor eximius q̄ inter oia dei opa. nullū plus notificat ꝛ agnoscere facit deū suāq̄ bonitatē/q̄ ista delectatio q̄ ei spūali placentia recipit in aia cū ipse deus eam secrete visitat/post q̄ se pfunde bunt liauerit/añ eius maiestatem. ¶ Et si ita est. imo q̄ita est. pz q̄ simpler ꝛ illiterata plona melius cognoscit deū/amando eum ꝛ in aia sua eius opa recolēdo sicut dictū est q̄ facere pt q̄tūcūq̄ lr̄atus ꝛ phs p opa q̄

teriora ꝙ rōnes naturaliꝝ acceptas. Tñ dñs nr̄ ihesus xp̄s pr̄i suo gr̄as agit qꝛ abscō dit hec alta mysteria a sapiētibus ꝛ prudē tibus huius mūdi. ꝛ revelauit ea pvulis. ¶Exepla etiā supra posita de infirmitatib⁹ et melioris natura hec declarāt manifeste.

Capitulum .9.

¶Continuatō seu epilogꝰ dictoꝝ sb̄ brevitate

Postq̄ vidi ꝛ rōnem assignavi. quā ob cām mō gallice ꝓscribe rem simplicib⁹ psonis. s. vobis sororib⁹ meis ꝛ dilectis ꝑ genealogiā carna lem ꝛ si deo placet plus ꝑ spūalē affinitatē. Hunc intēdo descēdere ad ꝓsequēdū qō ꝓcepi. demōstrando vobis aliqliter ꝛ mō grosso iter vite ꝓplatiue illius q̄ ad vos ptinere pōt. q̄ pdūcere vos poterit suffici enter ad verā sapiam ꝛ vr̄am salutē. ¶Quia (vt Aug. testatur) plures simplices absq̄ scia opati sunt salutez eorū habēdo fidem spem ꝛ charitatē. alij aūt cum sua sapia: di mersi sunt in pfundū inferni. ¶Dimittam⁹ igr̄ tales sapientes se dānare sic dicit ꝛ Bern̄. et nos tota simplicitate queramus salvari.

Capitulum .10.

¶Amor dei principiū est vite ꝛ finis.

Radix ꝛ initiū vite ꝓplatiue ꝛ finis. ¶Ex q̄ deus amore dimittat vita mūdana / oēsq̄ cure eterne ꝛ occupatiōes. se totū tradēdo ipsi deo. ¶Secus aūt faciēs / seipm decipit. ꝛ sepe nō ꝙuenit ad finē laudabilem / nisi se emēdaverit. sicut sunt qui se tradūt religi oni vel studio / extra mūdū. nō ꝑ dei amo re. sed ꝓpter pigriciā. ꝛ ficte mūdi laborem subterfugientes. vel ꝓpter habere vñ vine aut ꝓpter vanitatē ꝛ superbiam cupien tes reputari magni clerici aut devote ꝓso ne. vel etiā ꝓpter curtositatē. s. solum ꝓpter scire quēadmodū plures fecerūt pbi. ¶Ista nis etiā vite ꝓplatiue debet esse amor dei hoc est ꝙ ꝑ eius dilectōe ꝛ amore / nitat de bono in melius ꝓficere. ꝛ ꝙ velut se abstra here ab omni alio ope ꝛ occupatōe. ¶Et qō dicoq̄ debeat se abstrahere ex toto ab alijs occupatōibus. hoc intelligo ꝺ terrenis ꝓn cipaliter et de tali q̄ notabiliter impediret suā ꝓplationē. ¶Scio ei q̄ modica ꝛ tpa ta occupatio aliqn̄ necessaria ē ꝛ valde pfi cua / ad vitā cōplatiuam ad pigriciā aue etiā malā tristiciaz depellēdam. ¶Predicta apl's affirmat inqens. ¶Plenitudo. i. finis legis. s. dīne ē charitas sive dilectio. ¶Et iō in lege dei q̄ dicta ē sapia vl' theologia / iste excellentioꝛ appellari dz mgr̄. q̄ plus amat deū. iste etiā hz vitā pfectioꝛē statū q̄z nobi lioꝛē. q̄ meli⁹ diligit ꝛ plus. ¶Et qꝛ vita ꝓplatiua ꝙueniētioꝛ ē de se ad bn̄ amandū deū. sicut scholа vel studiū vbi melius ista ars. s. dilectōis acq̄rit̄. iō vita ista plus laudat̄ ꝛ approbat̄ in sacra scptura. ꝛ a sanctis doctorib⁹ ꝛ principal'r ꝙ vexat deū amo ris ihesum xp̄m. q̄ ista dedit sniam q̄ maria melioꝛē ptē legerit. ¶Et q̄ ē ista pfectio. certe q̄ illa sedebat ad pedes iesu ꝛ audiebat vba illi⁹. ꝛ audiendo de suo amore inflama bat. ¶Vex est tñ q̄ aliqs pōt interdū in vita sua activa pl⁹ deū amare q̄ ali⁹ facit in vita sua ꝓplatiua. ꝛ talis ē magis pfect⁹ q̄ vis sit in statu min⁹ pfecto q̄ ꝓplatiua ¶Et etiā talis vita activa pfectioꝛ erit vt hec q̄ vis ꝺ se sit in statu min⁹ pfecto q̄ ꝓplatiua. ¶Ex q̄ vlteri⁹ ꝑz illos decipi putantes vite ꝓplatiue finē esse solū scire vl' ac q̄rere novas veritates / imo pot⁹ f. nis ꝑncipalis ei⁹ est deū diligere ꝛ degustare q̄ bo nus ꝛ suavis sit ipse. ¶Quāvis iste sapoꝛ seu gustus vl' attact⁹ aut spūale illud sentimē tū / pōt dici foꝛe vn⁹ modus cognoscēdi qꝛ amoꝛ ipse cognitio est sicut Aug. testatur. ¶Que cognitō talis ē ꝛ ita secreta q̄ a nemi ne nisi eā bñ̄ ꝓcipiē. q̄ ꝑ vba aut doctri nā explicari ꝛ demōstrari nō pt alteri. quē admodū ꝺicta solet de infirmitate valida q̄ doloꝛē huius infirmitatis nullus tam bñ̄ sentit sicut qui ista pmit.

Capitulum .11.

se humiliter accusat. atq; suo sponso totaliter se cõmendat. petẽs veniã de offensis. graciã suã in pñti z gloriã in futuro.

Vela ac devota oratio creature/ de statu pcti ad dñm reuerti cupientis.

O Jesu. virginitatis sponse. Jesu castitatis fidelis amice; iesu mea spes finalis mea salus. meum singulare refugium. nunc ad te remiser a. que totiens p temerariam rebellionem atq; inertiam desidiosam id facere cõtempsit z recusauit. que anulũ gratie quo ter amisit. suscepitq; anulum peccati/ se tradens sponsam seruam z subiectam tuo antiquo hosti. Heu q̃ periculosum connubium. heu q̃ stulta z misera cõmutatio eius q̃ pulcerrimus potentissimꝰ z opulẽtissimꝰ est/ ad illũ deformissimũ miserimũ egẽtissimũ. Hic mihi o anĩa q̃s tibi hoc fecerit dicit mihi/ cuius p̃silio freta es. q̃ sic tuum suptemũ dñm tuũ gloriosum p̃ceptorẽ totiem/ a quo tibi est oẽ bonũ/ oblita es. Sic tuo vero sponso. tuo fideli amico/ vicẽti et p̃sideranti/ fidẽ violasti. Is quidẽ pmũ tibi cor suũ impenderat suaq; ad te tanta ordinauerat dilectione/ vt etiã p te mortẽ acerbissimã pati dignatus sit et tu illi cor tuũ z amorem penitus surripuisti. immo q̃ gratuitus est/ velut p̃fida et infidelissima sponsa/ sue q̃ue habitationis portas p̃clusisti/ q̃s nihilominus illis suis miseris ac necatrisq; hostibus tuis esse patẽtes qui te perdere q̃ arbitraris o anima. Putas ne ea pena imunis euadere. Quanebit ne tãta iniuria/ tãq; grandis offensa/ tandem penitus multa

P pfide totius humane creature hostis. iã anima mea/ tua seductõne pdita est infelix ac pstrata. quoniã sicut carnifex/ viridi ramo ac modica herba ducit ad mortem agnellam petulantẽ/ et saltantẽ/ future sue occisionis nesciã/ ita meã fatuellam animam deduxisti/ momentaneã aliquã huiꝰ mũdi vanitatẽ sibi demonstrãs. quã sic tractã/ tuis vinctis vinculis eãq; excecasti. z postmodũ plurimis criminũ mortaliũ lanceis ad mortẽ vulnerasti. Demũq; sup eã sposuisti graue illũ male cõsuetudinis lapidẽ. Insuper et frigidã illã durã atq; horribilẽ obdurationis cordis tumbã qua resurgẽ phiberetur. q̃nimmo p̃tinue magis p̃ssa iacet terrenis affectionib⁹ obnoluta z in fimo ac stercore criminose delectationis inclusa putrescit. ita vt vsq; ad finẽ maneat fetida z abominabilis deo z sanctis eius. Heu me miseram creaturam. heu me si hac in dispositione relinquor vsq; ad finẽ. Quid nempe facturа sum in tali statu moriens. quo p̃fecturа? Contremisco ista cõmemorãs. exhorresco vehementẽ tãtum mõ hec recogitãs Perpetuis certe sic moriens ardoribus stridoub⁹ z fletibus manciparer z p̃rabie tormentoz deũ blasphemarẽ nullã ab ipo cõsolationem p̃cipiens. Tunc euidenter perpenderem sed sero nimis/ quali p̃ceptori paruissem. et cum quanto detrimento debito deo/ diaboli mundi z carnis oblectamẽta susciperunt. Preserua me domine deꝰ ab his horrendis tormentis/ ab hac morte tam crudeli me p̃trege. Aduoco te anima olim a deo formata. anima suo p̃cioso sanguine rẽdempta. anima plurimis donis super ceteras creaturas nobilissime decorata a tot et tantis periculis totiens p̃reter tua merita p̃seruata. Te aduoco inquã audi me. Tuos nũc paululũ aperias oculos z intuere vbi iaces. Cõsidera vbi tu es. q̃ p̃pinqua sis inferis. q̃ a celis elongata. Cogita quem deseris. quẽ despicis. cui surdã aurem prebes Et tu dulcissime iesu anima rũ medice clementissime/ fons omnis dulcedinis. si humana miseria tevaleat ad misericordiã inclinare. respice oculis pietatis hac p̃ passionis ad hãc aiaz miserabilẽ nũc exurgit/ nẽ expgiscit cũ suã nuditatẽ z statũ miserabilẽ aduertit/ magnã p̃cipit di

Epistola de quo quis

splicentiam ꝓfusionē et abominatione et ō
sua tam diuina stultitia/admodū admi-
ratur et dolet tāq̄ misera peccatrix que am
plius indigna est tua vocari spōsa/tua ami
ca/demisso vultu flebili/facie ad te suspirat
erubescens. nec loqui ꝑsumens. ¶ Bulcis-
sime iesu hanc clementer ꝓspice. brachia ⁊
manus ad te extendit. vt te trahente de ꝓ
fundo lacu peccati et de stercore in quo tā-
diu ꝓstrata iacuit/erecta ꝓsiliat. Tu q̄ so
lus es saluator. ꝓpterea ⁊ tui manū porrigēs
rā subleua eamq̄ pire ne ꝑmittas. Nor vi
des peccatores qui te minime depēāt/im-
mo te ꝑsequuntur. ¶ Conuertere igitur ⁊
iustifica tuam hanc pauperem animā tuaz
ancillam humilē tuā pusillam pedissequā.
quā aliquādo prius dilexisti sicut et ipa te
dilexit. q̄ nūc in magnis suspirijs ⁊ in ama
ritudine cordis te deꝑcatur ꝑ posses ne hāc
nō exaudire. posses ne eā nō suscipe? ꝓ-
fecto minime/immo magnā hinc spem cō-
cipio. q̄ tuā in me experior gratiā in q̄ nūc
adest mihi hec voluntas ad te reuertendi.
q̄ tibi summo medico/dolorosa illa vulne
ra anime mee te inspirāte detego ac demō-
stro. ¶ Olim siquidē ꝑ os tui ꝓphete pmi
sisti q̄ in quacunq̄ hora ingemuerit pecca
tor ⁊ penitentiā egerit/ab omnibus peccat̄
suis que operatus est. omniū iniquitatum
eius nō recordaberis. ⁊ reuera paucos ha-
buisses iustos. nisi peccatores misericordi-
ter recepisses. ¶ Deoq̄ saluator iesu chri-
ste. aduocate ⁊ meditator noster/simul im
perator et frater qui solus nosti meam mi-
seriam ac fragilitatē. si vera sunt que video
audeo ⁊ credo de tua dulcedie pietate ⁊ mi
sericordia/⁊ vtiq̄ vera sunt. ideo te fin̄aliē
deꝑcor vt meas omnes delegas iniquitates
sinceram ⁊ mundā ꝓtritionem tribuens ⁊
integram penitentiā. ¶ Fiatq̄ ꝑ bonā pati
entiā/omnes tribulatōes aduersitates et
labores quos dietim sustineo ad purgatō
nem deseruiant: ⁊ ad pene quā mea pecca-
ta demeruerūt remissionē. vt sic in hoc mū
do meū sit purgatoriū. ffiat itaq̄ meam hu
ius mortalis mundi pegrinationē tibi ac-
ceptam. Tribue mihi baculū firme fidei.
stolā charitatis. et scalā sancte spei. Cōsun
de ꝑ tuaz potentiā q̄cq̄d mihi ipedimēto eē
pōt. ita vt in via/nulla me retineat delecta-
tio nulla me ꝓfundat aduersitas. ¶ Bēē
ra in me cor humile piū clemēs erga proxi
mū. sine ira. sine inuidia. sine indignatōe
sine ꝓpria. sine inuidia. sine detractione. Tuo
amore inflamma cor meū. Vulnera illud
sagittis potentissimis. tue pulcritudis. tui
dulcissimi conspectus. tui gratissimi gest⁹.
tui pulcerrimi apparat⁹. tue speciei dulcis-
sime. ffacet te semp mediteī/letanter de te
sermonē audiat. ad te suspiret. ad te igemi-
scat. tibi cōplaceat. totam intelligentiā. to
tam mentē. totā curā. ad hoc impendat. vt
digne tibi seruiat. qui non est alius amator
qui sic vt tu es vices rependat. ¶ Insuper
da mihi dñe cor liberū. cor sublime ⁊ incli
tum quo detester fugiā et spernā/vile lutū
mundane cuiuslibet voluptatis/quo quā-
libet cōtemnā creaturaz. que honori meo/
ac ꝓmotioni salutari nō venit adiumento
quo te in te diligā. alios aūt omnes in te et
ꝓpter te. Deū tu qui es mea spes finalis
mea sola sal⁹. meuq̄ refugiū singulare/sub
leua me. doce me. sustine me. dirige me. ita
vt in illa hora tremenda mortis. mea sis ꝓ
tector potens q̄ defensor. spiritus mei aduer-
sus illos canes ifernales. ita vt in pace ⁊ be-
nignitate illū recipias in glia ī qua te facie
ad faciē summo cū gaudio videā vsq̄z. ac
penniter adorare: amare ac laudare. Amē

¶ Explicit.

Epistola eiusdē ad so

rores suas docens de quo quis ꝑ singulos
dies cogitare debeat.

Roribus meis in xpo K
iesu charissimis et dilectis-
simis salutem atq̄ in ipius
deuoto seruitio iugiē ꝓma
nere. Nō facile expium po
set gaudiū atq̄ ꝓsolano er
bonis nouitatibus frequē-
tius de vobis ꝓceptis ꝓuenens. Vnam
idipm nūq̄ inimicor temptatione aut ali
ter quouis mō/gaudiū in tristiciā vertat.
contrarium videlicet de vestra dilectōe au
diendo. ¶ Quamq̄ amantissime sorores oi
tempore ad dei obsequium exercitandus ⁊
informandum/literas librosq̄ sufficienter
habueritis. ad habendum consolationes

spirituales ꝛ adhuc habebitis alios in posterū. ¶Nihilominus noctis vnius vigiliā arripiens/ quis pluribus implicatus negocijs/ ad pñs scribere curaui breuiter ac sūpliciter peregrinationis p̄o cessu. a me post modicū tpis factū. speciales etiā requestas de numero ſm septē diez hebdomadas. ſm etiam septem dominice orationis petitiones contra peccata septez crimīalia. correspondentes septē beatitudinibus. ¶In quibus consistētiū. ¶Quod vero transmitto scripturā p̄o presenti non est nisi breue ac sūmatim ac spālius de q̄ quis p̄ dies singulos cogitare debeat. ¶Bone em̄ cogitationes insuper venture spiritussancti spiramine repte pariter studio lectōes sanctez meditationes. ¶Nōi em̄/non possem̄ neq; scirez omnes inscriptū redigere nec op⁹ē. ¶Obrimo igit cū precez vestras humilime ac reuerenter cora divina maiestate fundit/ aut sanctorum suorum. inuocet vna cum oratione vestra/ custos vester angelus videlicz bonus. necnon sancti aut sancte illius suffragium implorēt/ cuius p̄tunc sollēnitas agitur. ¶Ea de causa vt. ſ. vester nuncius pia ꝛ vīa oꝛo/ salua habeat conductū bonā q; atq; indiuiduā trinitatem solitus sum mente dirigere p̄cem vnicuiq; psonarū appropata diligentius meditando. ¶De patris videlicet potentia. filij sapientia. spūs quoq; sanctī bonitate. considerans magnā dei celsitudinem admirabilē dispositionē sup filios hominū. ¶Die autem lune. ſ. scōa feria. meā ordino p̄cessionē ad sanctos angelicos spūs. beneficia ab eisdē nobis exhibita omni tpe recognoscens. ¶Die vo martis. ſ. tertia feria ad ap̄hetas patriarchas apostolos ceteroscq; discipulos dñi ꝛ euangelistas ¶Die mercurij. ſ. quarta feria ad beatos athletas. ſ. martyres xp̄i. ip̄oꝝ i sua pugna fortitudinē atq; p̄stantiā admirando

¶Die iouis. ſ. feria quinta ad sanctos confessores heremitas et religiosos. ¶Die veneris. ſ. feria sexta ad passionem amarā domini nostri ihesu xp̄i. ad suaq; verba ac factā

ista benedicto die ab eodem peracta.

¶Die insup sabbati ad btāz mariā virginez speciali⁹ meip̄m p̄uerto ꝛ ad electas xp̄i sponsas. ¶Dotro primo die. ſ. dominico immotor diutius. donū sancti spiritus primū. suppliciter effla gādo. donū. ſ. sancti timoris dei. ¶Et beatitudinē humilitatis ꝛ spūalis pauptatis. ¶Ad expellenduz superbie vitiū cū filiabus seu ramis ei⁹. ¶Et dico pariter dñe deus pater omnipotens libera me a malo. que clausula est petitio prima in dñica oratione cōtenta ꝛ hoc ordine p̄posterο. ¶Die autez lune. deuotius atq; specialius precabus insisto/ petens ſm sancti spiritus donū. ſ. donū pietat̄ seu misericordie. tam ad me q̄ ad meū p̄ximū. ¶Cuz beatitudine alia. ſ. mitritate seu mansuetudine. ¶Et hoc contra inuidie venenum. ¶Et vt deus in temptationem ne inducat. i. ne i temptationib⁹ succumbere ꝛ vinci permittat. quod est secunda petitio orationis dñice. ¶Die vo martis singulari⁹ p̄ dono sancti spiritus tertio supplico. ſ. p̄ dono scientie. ad cognoscendū clarius ꝛ melius/ p̄priam fragilitatē et finem meū necnō ꝛ statuz meū. amicoꝝ quoq; meoruz. ¶Et dono isto mediante/ ad beatitudinē puenio tertiam que est luctus sancti. ac lacrimaꝝ deuotarū ¶Et hoc contra peccatū ire, ¶Consequenter etiaz deū deprecor. vt debita mea dimittat sicut et ego meis ignosco seu dimitto debitoribus meis. ſ. p̄timis que est tertia dicte dñice orationis postulatio. ¶Die vo mercurij/ peto donū fortitudinis mihi largiri ꝛ omnia temptamenta mundi carnis ꝛ dyaboli. ¶Similiter oro fortitudinez mihi dari ꝛ tra accidiam bonoꝝ operū. ¶Atq; quartā beatitudinem que posita est in bonoꝝ operū instricie desiderio/ in vehementi fame et siti eiusdē. ¶Peto nihilominus panē quotidianū tā corpis q̄ spūs mihi tribui. ad fortitudinē bñdā. ¶Cetez in die iouis instā tius deprecor p̄ dono p̄silij. ad sciēdū in singulis casibus p̄ qō iter eūdū mihi sit. ¶Que etiē statū tanq̄ p̄uenientioꝛē p̄ dei obsequo tenere debeā. ¶Et q̄ auaritie malū me nō retineat. peto beatitudinē quintā dictā misericordiā. ¶Et qō dei fiat volūtas sicut̄ celo et in terra. ¶Die veneris. donū intellectus specialius rogo ad cognoscēdū in tota scripturaꝝ serie mihi obiectis in omnibus silr

Appellatio cuiusdam peccatoris

huius mundi rebus/occulta seu iclusa mihi misteria. Et vt quelibet visu pcepta/sciã ad ꝓpriũ ꝙuertere ꝓfectũ spũalem. quẽ ad modũ si celũ intuitus fuero/sciã ꝓtinus cõsiderare q illic sit mea ꝑria. pulcerria existens ibidẽ habitatio. Cũ videro canẽ cetera q̃ aĩalia bruta/quãta solicitudie suis obsequunt dñis. meditabor q̃ iusto dei iudicio ꝓdẽnantur hoies inobediẽtes ⁊ ingrati/deo bñfactori liberalissimo. Si subulcũ post porcos cõsperxero. recordabor ꝑabole euãgelice de filio ꝓdigo ⁊ misericordi pẽ Videbo pauperem mendicũ vlcerosum/memorabor ꝑabole de lazaro ⁊ diuite. Videbo diuitẽ multa sibi ꝙquirẽtẽ in annos plurimos. recordabor euangelice cõminatõis stulte ac nocte morieris. ⁊ aĩam tuã tollẽt ⁊ q̃ parasti cui⁹ erũt ⁊ Videbo filios hui⁹ seculi q̃ habent ꝓsolatiões suas multis modis sciam memorari quãta sit ꝓsolatio quã ꝓparauit deus diligentib⁹ se. Sic generaliẽ p omnia discurrendo. sciam sp repire amplam ⁊ ꝑsentem deuõte orationis materiã in omnib⁹ que sub aspectu auditu aut alio sensu se presentauerint/meipm in exercitio orõis visitãdo. Cũ hoc parẽ deprecor mĩs dicia cordis mihi ꝓstari. q̃ est beatitudo sexta. Luxuriã oẽm depellens. Et vt dei regnũ mihi adueniat. vt videlz nõ in me peccatũ sed deus ipse regnet. Postrema die sabbati/obsecro sapie donũ ad sapiendum ac gustãdũ spũalẽ bonor⁹ vtutẽ ⁊ grẽ boni tatisq̃ dei ineffabilẽ dulcedinẽ ⁊ vt nllã penitus cura mihi sit de hui⁹ mũdi falsa dulcedine. Et est ꝓra gule viciũ. Iẽ peto verã cordis pacẽ ac cõscie septimã beatitudinez. Et q̃ dei nomen bñ dictũ in nob sctificẽ/boc est q̃ ois immunditie expertes simus. Carissime sorores: si quotidie aliq̃/ mõ supra dicto ex libris vẽis. aut certe aliter addisceretis/sic exercitando vosipas/ multũ sine dubio ꝓfectũ in scia virtutib⁹ atq̃ in deuotiõe acquirere possetis Nec mee est intentionis/q̃ ꝓter mea scripta ꝑsentia alias meditationes pias et veiles atq̃ bonas deseratis ac modũ vestrũ faciẽdi: scz pessionẽ siue pegrinationẽ spiritalẽ ad sanctos et ad sanctas/tã ꝓ vobis q̃ ꝓ aliis amicis vestris/viuis ac defunctis. Nõ eñ ignoro q̃ sepi⁹ vna ꝑsona ꝓ aliquid ad deuotionem facile incitatẽ/quo alia nõ ita ad eã mouet. Et idcirco quisquis suo relinq̃ẽ studio/suaq̃ in talibus experientia. Nibil vero. supra agendi scriptus modus profecuus est repertus. Cursus quotiescumq̃ oratiõis arcanũ intraueritis. ꝓtimo cogitationi vestre/petã ꝓpa obiecta sint/indignitatemq̃ vestram intime considerates. et sit deo sanctisq̃ suis dicite. Nõ domine deus. eccevenio tuã exorare maiestatem nihil omnino de bonitate mea ꝑsumens. de virtute aut dignitate. sed in tua maxima gratia atq̃ misericordia cõfido. Quia certe aliter. oratio vestra citius impediet. execrabiliq̃ deo redderet. supbia comitante. Diligẽtius obseruantes q̃ in tali cogitatiõe ꝓpe titione ꝑseueretis quoadusq̃ corde intimo senseritis nullã omnino fiduciã de vobismetipis hẽre/ sed solũmodo i dei misericordia infinita. Et sic postea de alia securis poteritis cogitare q̃ antea. Equidẽ quotiensc̃unq̃ deuotionis ibrie suaui ꝑfusa vos senseritis/nõ id vestris meritis ꝓpriis bonis acibus euenisse meditamini/quin potius ob alicuius sancti aut sctẽ intercessionẽ aut alicui⁹ amico⁹ vestro⁹/certitudiliter putetis. Et parifo umiẽ/ad vosmetipas reuerse si fueritis/ quotiensc̃unq̃ vane glie ventum sonare ꝑceperitis. nihil vobis nocebit hic subulus. ꝓsiderabitis eñ vosmet ipas. intuẽtes defectus ꝓprios dicentes intra vos. tale peccatũ nefandũ ac talia miseria ꝓpetrasti. ⁊ quõ ergo cogitare ausa es/tale dei deuotionez a deo tibi ob tua merita cõcedi. Interea cũ ad aliquẽ electorũ aut electaruz. vos contingit conuerti audacter eidẽ dicatis/q̃ a deo ad ipm transmissi fueritis ad petendũ suam elemosynã gratiarũ Nec sic falsum dicetis. Sine eñ dei inspiratione/aliquẽ sctor⁹ deprecari velle seu voluntatem habere nõ poteritis. Poteritis igitur ipm alloq̃ dicentes. q̃ exquo dei cõplacet voluntati/vt ipm sctm exoretis refutare vos omnino ei nõ licet quin ꝓ vobis idẽ ipe ad deum intercedat elemosynam expetẽdo exquo eum requiritis. Ad agna enim foret rusticitas ⁊ indignum omnio alicui/ refutare ⁊ spernere quẽpiã diligentius requirentẽ. Dicere nihilominus poteritis hoc modi electis a vestra deuotiõe requisitis. qa

plures vestris oratiõibus psecutores crudeles/cõuersi sũt/multo magis igit facere pcem debetis p bis q vos nunq psecuti sũt sed modo devotius depcãt. ¶ Deinde attendite diligentius in cuiuslibz sancti festitate/bona misericordie ab ipo dũ bic viuerat patrata supplicantes/vt z vobis faciat similiter. reducendo eade/ ad bona animam sanctorum ac sanctaz angelorũqz chorum devotius rogetis/quatinus apud dep pene relatione ob via demerita debite. Et certe obtineritis vltra mille milia dierum/si ab ipis exaudiri vos pcingeret. Et exaudimini vnqz. si solũ mõ debito et contrito/eos depcemini. ¶ Demũ orem⁹ supos in sua curia miscõie in pñti seculo/et nequaq in curia iustitie fue rigorose/putamine ne infuroze tuo arguas me zc. ¶ Festra in infernũ ex hoc timoze reportãdo In paradisuz etiã atqz in purgatoriũ proprio. Specialius vo p parentibus cognatis et amicis viuis ac mortuis.

¶ Finit.

Sequitur tenor appellationis cuiusdam peccatoris a divina iustitia ad divinã misericordiam ab eodẽ dicte.

O

A tua Regina celi/z mũdi totius dña/ dei genetrix illibata virgo maria ac oim celestis regni pceruũ. ciuitatis eterne pcanũ et btẽ felicitatis coheredũ/ coram dei throno z agno iugit assistantiũ tuiqz facer euãgelista Johes pudicus virgialis paranimphe/celestiũ scrutator egregie/z diuinoz scriba doctissime tanqz ipsona singulr autentice/ z progatiue sctitatis z dilectiõis amplioris dignissime pncia Ego. N. omniũ filioz dei ingratissim⁹ meoz pauprim⁹. et sceleze hen abundantissimo correctiõis pposito et animo ad emendationẽ vite melioris fiducialiter appeliãdi. et lacrimarũ mearuz pfluuijs/a districtissima tua dñe iustitia/ ad clementissimaz bonitatis tue misericordiam puocãdi. dico ptesto⁹ pfiteor z ppono. q licet ego peccator impius indigⁿ⁹ z miserrim⁹ tanta illa mea tpa pueritie metas/adolescẽue cursũ z puectiõe virilitatis mee pgressũ imo oẽs vite mee pcessus. Annos mẽses dies horas z momenta. cum ore tuo postposito. animo irreuerenti z infrunito cogitatu. desideriis z conatibus malis voluntate ppposito et cõsensu peioribus. necnõ ope psuetudine z contemptu pessimis incessanter z impie transegerim. legẽ tuã peccando vereliquerim. iustitias tuas pphanauerim. graiã tuam abiecerim. mandata tua nõ custodierim. salutaria tua cõsilia z monita paruipenderim pietatis opa. segniter neglexerim dona spiritus septiformis/mortaliter a me repulerim beatitudines et virtutes maliciose spreuerim. ecclesiasticis me sacramentis indignũ reddiderim. Temereqz boni proprie salutis immemor peccata cõmiserim obseruantias ecclesie sancte/catholicas z precepta/pruinaciter transgressus. flagitiosis meis operibus/fidem tuaz violauerim/peccatis meis rursum te fili dei crucifixerim. omnibus tuis beneficijs et donis gratuitis ingratus extiterim. flagella tua licet pauca murmurando susceperim. ¶ In superbia vite. auaricia cordis. inquinatione mentis et corporis invidiosis actibus peculiaribus castrimargijs iracundis moribus. accidiosis torporibus. innumeris voluptatibus actualibus culpis mortalibus z criminalibus vicijs. venialibus peccatis. offensis spiritualibus. corpis cordis et oris iniquitatib⁹ factis illicitis. psumptiõibus temerarijs. crebris inobediẽtijs. negligẽtijs z delictis primis. et alijs nefandis excessibus. ex malitia et fragilitate. omnibus interioribus et exterioribus meis sensibus te deũ meũ graviter z multiplicit offendi. Et his malis pmijs nõ contentus/ mala malis accumulans alijs occasionẽ peccandi prebueri eos in puteũ interitus mecũ traxerim z peccantibus consilium auxilium z fauoze impenderim. exemplis puersis. ipe puersus inno-

cētes ꝓterierim. Ad peccata que rarissime
defleui quasi canis ad vomitū ⁊ sus ad vo
lutabrū luti/ post lamenta tanꝺ ea nō plā
xissem impudice redierim. Ac ꝓmissā ⁊ om
nia alia mea facinora/tibi cuncta videnti/
nouissima/ordine/scientia loco tpe et causa
vltra modū auxerim ⁊ aggrauauerim. ma
la quorum non est numerus nequiter com
miserim ⁊ p ea sentētiā mortis eterne (qua
dicitur anima que peccauerit ipa morietꝫ)
damnabiliter incurrerim. in iudiciū tuum
horrendū et iustissimū domine/ ⁊ in manū
tuam dei viuentis/ pniciose nimis incide
rim. indignationē tuam incurrerim. a con
sortio celestis exercitus me sepauerim. ⁊ ab
iniquitate mea in qua vsqꝫ adhuc quasi p
talentum plumbi resideo vt resurgere non
adiecerim. semꝑqꝫ te dominum vocantem
me ad penitentiam nō audiuerim ꝓmittē
tem te premia eterna renuerim/ et te mortē
cōminantem ꝓpetuam/ et diuitias bonita
tis patientie et longanimitatis tue/ in ani
me mee piculum et salutis dispēdiū ꝓtem
pserim. ¶ Tū tu rex fortis ⁊ potens/ vltor
metuende/ terribilis/ ⁊ iuste iudex/ de cuius
ore sedentis in throno/ procedit gladi⁹ p iu
dicium ⁊ iusticiam bis acutus: ꝓtra iniuriā
ostendēs mihi bonitatē et patiam sustinui
sti et expectasti/ vt mihi miserearis. Prolō
gaui iniquitatem et tu bonitatē continua
sti/ in charitate ꝓpetua miserās dilexisti me
attraxisti dissimulasti ꝓpter penitentiam
omnes transgressiones meas ⁊ scelera mea
¶ contemptus ingratitudines ⁊ delicta/ nō
improperasti mihi. beneficia non detraxisti
ꝓpter crimina. toleraſti patienter omnia
mea flagitia/ custodisti me ne vltra ea que
feci committerem grauiora. Nō fecisti mi
hi ꝑm peccata mea/ nec iuxta iniq̄tates me
as. Non tribuisti ꝓ malis mala/ sed pro
malis bona. Nō intulisti mihi opprobria
non irrogorasti conuicia. retraxisti manuꝫ
vltricem vibrantemꝫ super me vindicte gla
dium. distulisti sententie mortis executionē
¶ suspendisti iudicium et iusticiam/ proro
gasti spe correctionis vite mee terminum ⁊
peccatorum meorum vltionem dignissimā/
vsqꝫ in horā presentē misericorditer aueꝛ
tisti in miserationibus tuis multis factum
est vt non sim consumptus ne perpetuum
sustineam salutis ꝓiudicium. patrie
monij celestis iacturam. beate visionis ca
rentiam. damnum corporis et anime dam
nationis penā. nō morituri vermis/ volo
rem. inextinguibilis ignis incendium. stri
dorem dentiū tenebras fletū. luctum ⁊ gra
uamen. ¶ Ex ꝓmissis igitur domine si a me
faciē auerteris ⁊ misericordiā desperis/ si
iniquitates meas obseruaris/ si in ira tua ar
guendo me misericordiā tuam attenueris
⁊ antique misericordie recordatus nō fue
ris. si imperpetuum mihi irascaris ⁊ miseri
cordiaꝫ a me peccatore ineternū absconde
ris/ si iusticie tue solū me iudicaturus ascē
deris/ et oblitus fueris mei finaliter miseri
mi. Sciens me pre iniquitatū mearꝫ multi
tudine et graui peccatoꝝ onere me cui labi
liter in hac vita grauatū/ nō indebite timeꝫ
quemadmodū ⁊ verisimiliter si tantis tribulationib⁹ ad
iutorē nō inuenero/ post hanc vitaꝫ me pl⁹
⁊ multo fortius aggrauari. Ideoqꝫ deꝰ mi
dexiuste/ in his scripturis lacrimarum me
arum attramento conscriptis. a te irato et
iusto iudice et a sententie tue divine iusti
cie a te placatū et misērēz patrē misericordiaꝫ q̄
tardā nescis misereri/ ⁊ cui ꝓprium est ꝑ mi
sereri ⁊ ꝑcere. qui supiorē nō hēs cū tu sis so
lus altissim⁹ ⁊ ī misericordia copiosus/ ad tribu
nal tue clemētie bonitatis ⁊ misericordie q̄ iudi
ciū superexaltat/ ī spe venie. Ego miser/ ad te
misericordem/ cui⁹ misericordie nō est numerus/
paucos et appello. Et te reginā ⁊ mīrem mi
sericordie oēsqꝫ sanctos ⁊ electos dei ⁊ spāli
vos iudices iusti cōmilitones ap̄los peto/
vt instanter instantius instantissime p me
petōre miserrimo. ad deū meū supplicter
intercedatis/ ac iteruꝫ ⁊ iterū et cum oi qua
possum deuotionis ⁊ humilitatis instātia
a te cuius misericordia plena ē omnis terra/ et p te in celis ꝓparata ⁊ ineternū edifi
cata gratiam ⁊ veniam. Et qui in misericor
dia diues es/ clementiam ⁊ misericordiam
peto mihi dari. cum ipe deus mensis/ cu
ius miserationes sunt super omnia opera
tua. qui cui volueris immo omniū misere
ris et qui gratiam ⁊ misericordiam in qua
cunqꝫ hora peccatori ingemuero mihi da
re possis et velis/ subijciens corpus et aīam
vitam res. statū et tempa mea necnō omēs
et singlos misēdie tue adherētes seu adhē

rere ꝯolentes ꝓtectioni et gratie abundantissime bonitatis ⁊ miscōie tue dñe deꝰ patrū paraclite in dini duaꝝ trinitas bñdicta ¶ Protestor etiā ꝙ ꝑsentē orationis mee deuotionē aspectibus tuis sepius publicāde actiones et vitā auxilio tuo ꝙto celeriꝰ potero corrigere ⁊ emēdare volo. ¶ Rogo etiam te fili dei crucifixe/ vt lateris tui vulnerem. pater ignosce illis qꝝ nesciūt quid faciunt consignasti/ ⁊ in qua ꝑ tua reuerētia diuine ꝓuocationis miscōie clementē consignes ⁊ eam misericordie multe facere diuina Jobes efficacem. ¶ Requirēs te sacer scribi cōmisse virgini matri cum exoratione pro me publices. ¶ Et tu regia misericordie eam cum ostensione pro me pectoris vberum tuorum, quez genuisti dei filio nostri cū oblatione ꝑ me passionis sanguinis vulnerū tuorum ⁊ mortis offeras/ accepta bilemqꝫ facias alme trinitati/ vt ꝑ eā ⁊ alia pietatis opa gratiā ⁊ misericordiā/ peccatorum remissionē ⁊ veniā requiem ⁊ vitā merear sempiternam. Amen.

¶ Sequitur oratio apostolorum.

Quia iusticiā meaz tāꝫ fragilitatis ⁊ demeritī tuis intolerabilē decisionem iusticie/ sub spe venie humiliter appellasti. Idcirco quia misericordia te redemi in misericordia te saluū feci/ misericordiam do cui/ misericordiam et non mortez volui/ misericors sum/ miserator longanimis et multum misericors/ immo sum pater misericordiarum ¶ et quia regina glorie mater misericordie mater mea astat a dextris meis/ pro te bona loquens/ ⁊ misericordiam postulans/ cui nō est mihi fas aliqd denegare ob reuerentiam ⁊ pietatem multitudinis misericordie mee. et intercessionez matris mee/ omniumqꝫ electorum/ gratie et misericordie in gloria participum. Apto, tibiqꝫ vt misericordiam consequar. omnium dierum vite tue terminum pemptorum ad prosecutionem misericordie et pius assecutionem assigno. Ac clatam contra te sententiam iusticie mee. ꝓpicius relaxo. Ita vt si vsqꝫ in finē misericors fueris/ misericordiam tū meam qū aliqū pecces a te non despergam vt damnem. neqꝫ nocebo/ in veritate mea/ vt abijciā te in finē. sed ꝑ peccato vapulabis. sed tū nō peribis.

¶ Finit.

¶ Tractatus eiusdem de oratione et suo valore.

¶ Prima pars.

Oportet sp orare ⁊ nō deficē Scripsit Tullius accuratissime cōmentariū fratri suo de petitione romani ꝓsulatus/ suadens vt in omni loco sedens ⁊ ambulans recogitet secum assidue Quis es tu qui petis/ quid petis/ ecꝫ quibus petis. Subijt animū/ scribere tibi germane charissime de petitione/ nō terrestris consulatus sed celestis incolatus. Ad hoc enī professionem tuam vocationem tuam. sacerdotiuz tuum dedicata esse memineris/ Proponas igitē in omni meditatione tua. in omni opatione tua loco et tpe. quis et cui es qui oras. quem vel quos oras. quid vel pro quibus oras? Cetez quodlibz istorum cōstringito sub ꝓsideratione quadruplici/ ne ꝓfusionem infinita quedā mentis euagatio parturiat

Q ¶ quis es qui oras? Si ad ꝓpria merita respexeris/ incertus es an amore vel odio dignus sis. Incertꝰ idcirco ne tremenda cadat super te illa sententia. Cum is qui displicet (inquit beatꝰ Gregorius) ad intercedendum mittitur/ irati animus ad deteriora prouocat. Porro certus dicere poteris cum Esaia. Omnes iusticie nostre quasi pannus menstruate. Certus preterea dicere potes cum Daniele. Non in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras cōte Nihilominus tibi cōscius esse potes si fidem. si spem si delectionem. si dona tibi cetera quedam contulit deus. que scire que recognoscē potes esse gratis data quis si gratum te sa-

tiant et non potius confundant ingratitudinem tuam prorsus ignoras. Ora tamen in meditatione tua/cum humilitate/et virtute donorum celestium gratis datorum. quoniam prius motus illorum est impetrare magna. sicut fidei etiam informis facere miracula. sicut spei liberationem impetrare. sicut dilectionis dilectionem recipro cam exorquere quodammodo. Iuxta illud proverbij/Si vis amari ama. Et ita de reliquis virtutibus donis beatitudinibus suo modo dici potest. et hoc q̄ late pateat videas.

¶ Secundo recogites in ipa meditatione tua. professionem in monasterio et in sacerdotio consecrationem. videbis te constitutum et peculiariter dedicatū vt sis veluti q̄ stor aliquis. q̄ p languētibus et indigentibus in hospitali magno totius orbis etiam vsq; ad carceres purgatorij/querere debeas elemosynam. nō tam corporaliter q̄ spiritualiē sustentantē. Petas igit ne respiciat dignitas tua ignauia tua/sz aliena miseria p cui⁹ sublenamine q̄ris misceriaz/quā vt nō impediat pria mia tua/supplex pete.

¶ Proinde ctio vlē meditatō tua/in q̄b⁹ vbis vl'o pib⁹ oras deum. Nā multa sunt priuilegiata q̄ sortiunt efficatiā nedū ex operante sed ex quadam vi opis operati/ put in eucharistie cōsecratione et sumptione et aliorum sacramentoz ministratione e quādaz vim suscipiunt/ex pte diuini et ecclesiastici mandati. Sicut et oratio dñica quā deus p se fecit. Sicut hore canonice vel cetere orationes quas eccīa dicendas instituit. Alia etiā sunt opa p quibus indulgentias pontifex dedit. Dic igitur deo. dic eccīe. Exurge i pcepto qō mādasti. ¶ Demū q̄rito meditationē tuā querte quoz sis minister/ad orandum vicz deū missus institutus. rogatus vel obligatus. Sit hoc ex generis pquitate. sit ex elemosynarū susceptione. sit ex amicitie vicissitudine seu requisitione. quoniam si mittentes sunt in gratia quem admodum sunt omnes in carcere purgatorij et plurimi ex hospitali magno psentis seculi. tua non critingrata neq; prorsus inefficax oratio etiaz si peccatoris. Patur ex emplum dum mittit p seruū neq; a domino bone intentionis elemosynā petentib⁹.

¶ Vides igitur quis et qualis sis q̄ oras. q̄ donis gratuitis nō omnino carere. Tas meditaboz institutus es. q̄ dei pceptū et ecclesie mandatū et thesaurū habes. q̄ ab alio missus et iussus es.

Alterum principale quod ipsa tibi meditatio tua debz sugerere ē quem vel quos oras. Et quidem ō omnipotētis dei immensa liberalitate/cui pprium est misereri semper et parcere/q̄ omnipotentiam suam parcendo maxime et miserendo manifestat. cuius indigentiaz/nulla peccatorum/nulla flagitiorum/nulla scelerum quantumcunq; multiplicatoz enormitas/supare valet. Adultū pfuerit hec ex intima cordis humilitate fide subnixa/vigilaci meditatione ruminasse. etiā vbi nihil in se quod nō merito displicere possit inueniat. ¶ Leterū. q̄ mos humanus hoc hz vt mediatores et intercessores quereat omnipotens aliquis rogādus est. Cūm pterea recte pronunciauit Dionisius hanc esse legem diuinitatis/vt ad suprema reducant infima p media. Tu iuxta consiliū Iobi. Ad aliquem sanctorū conuertere. Qs agere potes sub q̄druplici meditatiōe. ¶ Conuertere igitur ad aliquem sanctoz vel sanctam. qui deo proximior est in glorificatione, sicut et maioris meriti fuit. quādmodum de anima christi. de beata virgine matre dei de iusto ioseph sponso suo de beato Iohe baptista. et sanctis apīis et de sublimibus angeloz ordinibus/martiribus cōfessoribus. virginibus et pnitentibus. sanctis cōstat. ¶ Aut ideo certe secundo ad aliquez sanctoruz conuertere. qui familiarior q̄dā deuotione tibi cognitus est. vt patron⁹ ecclesie i qua baptismū suscepisti. aut in quo beneficium vel ordinem sortitus es vel cuius ingressus es sanctum templuz. Est oraz dus pterea sanctus cuius nomine insigniris. Est orandus ille cuius virtutes et vitā mirari soles et colere cognitā ex litteris. Benigz mira fiducia sp adorandus est angel⁹ ppe custo die deputat⁹. ¶ Aut tertio turis sitatibus aliquibus subleuandis vel p impetranda speciali quadā gratia. qui sanctus vel sancta priuilegiatum donum recepisse memoratur a deo vt pro talibus opēferat. Diuisiones eiū gratiarū sunt. sicut gradiq;

apostolus, quod verum est nedum de viatoribus sed etiã beatis. Sub quo respectu canit ecclesia de quolibet sanctorꝝ. Nõ est inuentus similis illi. ¶ Proficit insup ꝙrorem aliquarũ psonarũ sive mortue sint sive viuentes quã pbatam esse vl̃ fuisse coronã. Nihil enim impedit/quo minꝰ oratio nostra cõuertatur ad huiusmodi psonas peculiariter et secreta quadã deuotione. Quis ipas non canonizauerit ecclesia. In quibus quid aliud veneramur ꝙ relucentem in eis multiformem dei bonitatem. Que vbicunqꝫ et qualitercunqꝫ visa fuerit apparẽ potest absqꝫ piculo coli et suscipi deuoto meus amplexu. ¶ Complectit hec meditatio pueros innocẽtes nĩ generis ꝙs iõ mortui sunt. ¶ Complectit et parentes nostros affines alios in quibꝰ gloria quã eos habere pie credimus. naturalẽ et ingenitũ amorẽ non tollit sed pficit et auget

Recogites ad extremũ in ipa meditatione tua/quid vel pro quibus oraz. Quem modum sub compendio reducimus ad quaternarium:

¶ Quidam sunt in gratia, sicut defuncti in purgatorio. vel plurimi viuentes in seculo pro quibus est deo placens oratio quemadmodũ fit dũ p amico ad amicũ defert intercessio. ¶ Inueniunt alij quoz laudabilis conuersatio/plurimum edificat ecclesiam qui si caderent/fierent in horendum scandalũ omniũ dñi viuentiũ fabulã. ¶ Aut tales sunt quoz cõuersio valde pficeret reipublice seu christianitati saltem vt in hoc nõ relinqueret dñs virgã peccatorũ sup sortem iustorũ vel populoz aflictorum. Alij sunt p quibus est orandũ quatinus vbi sup abundauit delictũ. sup abundet gratia. qui sunt supramodũ pectatores p̃secutores et hostes acerrimi. Tu me tue placens deo pete ab eo vt vias tuas dirigat. omniaqꝫ tua consilia in eo permaneant. Insup quid ab eo postules. i. solidũ et stabile bonã eterne felicitatis. Reminiscere conformiter ad hanc meditationez tuã diuctoz. qñ qui suoz maxime domesticoz curã nõ habet in oratiõe sua/fidem negauit et est infideli deterior. Sit in õmnibus et pro omnibus cardo desideriozꝫ tuoz et orationũ voluntas dei bene placens et pfecta. Exaudiat pete cardinẽ hunc desideriozum tuoz quomodolibet disposuerit deus. p anima iusticie a dextris psperitatis et a sinistris aduersitatis p infamiã et bonã famã. et satis est. Noctandẽ p cõpto tene/ꝙ pmisse cõsiderationes et siles pficiũt apud eos qui seipos ad oronẽ ptinuo vsu voluerint extendere sive exercere. Quẽ admodũ Cicero tullius ptestat̃/ dum elocutie pcepta tradit dicens ꝙ si deest exercitatio/modicũ vel nihil ars proficit. bo multomagis obseruandũ est in preptis deorando deum alioquin verba fiunt surdo et lux ostenditur ceco. Exercitiũ vero si vigilanter affuerit/faciat sibi materiã orationis deuotem rem omnem que sub aspectu vl̃ auditu vel alio sensu se repsentauerit. Videbit subulcũ post porcos recordabit euãgelice parabole de filio prodigo et clemẽtis simo patre. videbit pauperem mendicuz et vlcerosum recordabit euangelice parabole de Lazaro et diuite epulone. Videbit diuitem multa sibi conquirentẽ in annos plurimos. Recordabitur euangelice commissionis. Stulte hac nocte animam tuaz tollent a te et que parasti cuius erunt? Videbit filios huius seculi qui habent consolationes suas/multis modis. Meditabitur que sit consolatio quã parauit deus diligẽtibꝰ se. Videbit etiã bruta aialia quãta solicitudine sicut canes domestici seruiũt homini. Meditabitur ꝙ iusto dei iudicio cõdemnant homines inobedientes et ingrati deo benefactori liberalissimo. ¶ Sic ergo oibus et p omnia discurrat tua meditatio et reperies amplissimam et semp p̃sentez materiam orationis. Considerans igit̃ attende et fac. qm̃ ita tibi diligenti deuz/omnia cooperantur in bonũ. ¶ Meditare igitur vt columba simplex et gemẽs. et sit meditatio tua in conspectu dei semper. Est autem meditatio fortis et vehemens atteꝛ tio et studium ad aliquod inuestigandum p intellectum. vel degustandum per affectum. Sic meditari inbeat qui dicebat. Gustate quo ad secundũ. et videte quo ad primum. qm̃ suauis est dominus. Rursus idem psal. ait

In meditatione mea exardescit ignis. sub intelligit illuminans intelligentiaz ⁊ inflā mans affectionē. Quod aliē fieri nequit/si nō in vnū colligat se mens nostra: comprimens et reprimens varios et vagos occursus et recursus inutiliū cogitationuz somnio similium. manu districte redargutōis. ¶ Tandē ipa meditatio que laborem habet ⁊ fructū/vertetur in contemplationem que facilis erit vt cogitatio. sed non vt cogitatio infructuosa sed fructuosior etiam meditatione. Tunc enim p ꝓtemplationē/videbit et affluet ⁊ mirabitur et dilatabitur cor tuum. Nam cōtemplatio est liber ⁊ expeditus mentis intuitus in res prospiciendas vndequaqz diffusus. et in diuina spectacula suspensus. Inde fit vt sicut aliquis bñ ⁊ ꝓtinue meditas scribere cū laboriosissima tarditate. tandē puenit vt celeriter absqz labore dum incipit bene scribat. scribēs autē celeriter/neqz bñ neqz celeriē vnq̄ scribit. Ita de meditatione celestiū accipe. Inuabit aūt te lectio erudiens/oratio lactans meditatio ꝓut dictū est pascens vt ꝓtēplatio suauiter delectans. nutriens ⁊ diuinitꝰ afficiens subsequaē.

Secunda pars ⁊

Quantum valet (vt testatur Jacobus apostolus) deprecatō iusti assidua. De petitione nō romani consulatus vt Cicero Tullius: sed celestis incolatus scripsit ibi frater charissime. ex quo plecto siue inspecto. potest illa consequenter solui dubitatio que multos inquietat. Quid ⁊q̄ tum valeat oratio. si p multis. si p amicis si p se tantū quātum p vno p inimico. p alieno? ¶ Incidit autem protinus distinctio de triplici facie petitionis/qua orās nititur impetrare. aut per modum fit liberalis et gratuite donationis. aut p modū meritorie actionis/aut per moduz satisfactiue recompensationis.

Primū respicit liberalissimā donātis misericordiaz absqz respectu ad merita quecunqz ipsius orantis vel alterius p quo fit oratio. Et quoniam sicut misericordiarum dei non est numerus pondus vel mensura. sic non cadit sub nostra numeratione/vel mensura quid ⁊ quātū quibꝰ ⁊ det. qui prior nos diligit pura et gratuita voluntate cuius voluntatis nō est querenda ratio que frequenter vbi supabūdauit delictū. facit et gratiā superabūdare. Exemplū in rege qui suos incarceratos omittit q̄nqz liberos absqz ꝓcio vel mercede ad hoc ipm sue liberalitatis virtus trahit. ¶ Dicit frequentissimus apud sacrā scripturam modus oronis sancto⁊ patrū atqz prophetarum.

Puro si fit petitio p modum meritorie actiōis tunc nullus impetrat de condigno qui caret charitate. Qui vero charitatem habet/eo (ceteris paribus) est efficatior oratio sua p seipso quo ad premium essentiale beatificum. ꝓmerēdum quo feruor charitatis et conatus fuerit maior. Ceterum si de premio loquimur accidentali siue sit illud premium eternum in celis. siue sit transitorium ⁊ temporale in terris. Dicimus ⁊ formiter ad cōmunē theologorū sententiam q̄ essentiale ꝓmiz nō inde minuitur si actio meruit qualecunqz tale premiū quod vocamus accidentale. ¶ Est aūt tale illud premiū qđ nō habꝫ p obiecto visionem dei claram cū fruitiōe cōsequente eā. qm essentialis beatitudo/in omnibus his actibus/ab ecclesia ponit integraliter. Confestim ex hoc infertur q̄ oratio si p quantū multis fiat. si p alijs q̄ se. si de inimicis/ipa tamē equali charitate ꝓmium essentiale semp equale mereē. Secō premio accidentali. eo q̄ p varietate petitionum/⁊ meritū variat. Unde plus de vno premio ceteris paribꝰ mereē aliqs p vno q̄ p multis ⁊ p se q̄ p alijs/ ⁊ p bonis q̄ p malis. ⁊ pro amicis q̄ inimicis. Exēplū de rege. qui ad meritū solū orantis respiciens. liberat citius vnū captiuū q̄ multos. et seipm orantem q̄ alios. ⁊ amicū orantis citius exaudiet q̄ inimicū

Postremo si consideret oratio fieri p modū terciū. satisfactorie. recōpensationis erit necessaria multiplicio difficilior. Separatis igitur duobus respectibus primis ab ipa oratione/dum merititur vel soli diuine liberalitati. vel soli

meritorie ꝛ charitatiue actioni. ¶ Inuenim⁹ primo gratias gratis datas quibus innitit⁹ tur oratio sicut sunt fides et spes. etiam in fomes. ¶ Inuenimus scdo opm penalitatē sicut in ieiunio sumpto generaliter ꝓ omni corpis afflictiōe. ¶ Tertio inuenim⁹ opes syna sumpta generaliter pro omni ope mi sericordie spirituali vel corporali. ¶ Inueni mus quarto operū dignitatē sicut est oratō tis in deū ꝓ pium et humilē affectum. ¶ Qui to inuenimus opa priuilegiata in quibus est valor virtute operis operati sicut in sacē mentorum ministratione vel susceptiōe. q̄ virtutem habēt ab institutiōe ꝛ merito cri sti. etiam vbi nullū a desset meritū vel digni tas ministri. ¶ Inuenimus sexto opa. aliter ꝛ aliunde priuilegiata. sicut sunt indulgētie sicut sunt benedictiones p ecclesiam ordia tē/sicut orationes vice sua facte. ¶ Hic demū orationes per alios in gratia stantes fieri commisse.

Donamus igit̄ aliqua conformi ter ad hanc sextuplicem distinctiō onem. ¶ Et primo q̄ ceteris pari bus (sit semp sunt sequentia intelligenda) petitio facta tanq̄ satisfactoria recompen satio. nunq̄ ita valet ꝓ multis sicut ꝓ vno ¶ stis em̄/sit iustitia quedē cōmutatiua tā q̄ pcij ad pciū vt si duo sint in carcere quili bet ꝓ decem solidis/ expediē vnus citius dū pbenē decē solidi ꝓ se vno/q̄ si ꝓ duo bus tantūmodo donarent̄

Haplius satisfactoria recompensa tio pro delictis quāto penalior ꝛa cerbior est tanto ceteris paribus fit acceptior ꝛ eo magis quo fuerit in eadē pl⁹ de voluntario rationis. ¶ Est em̄ satisfactio redditio voluntaria alicuius alias debiti. ¶ Idcirco ponimus largo nomine/triplicez in homine voluntatem. ¶ Vnā sensualitatis ¶ Alterā rationis inferioris. ¶ Tertiam ratio nis superioris. ¶ Obuiat autem pena/volun tati sensualitatis. ¶ Alioquin iam nō eēt pe nalitas. voluntas vero rationis/acceptat eā q̄nq̄ punitiue. quod fit dū nō remurmu rat aduersus ipaz sed tolerat eā sicut ī pur gatorio. ¶ Quādoq̄ vero vult positiue. qō fit dum ratio letanter eam acceptat. ita vt no lit etiaz si posset ea carere. sicut (vbi causa) viatores sponte penitentes in ieiunio sacco et cinere. sicut egritudine corpali. sicut iniu riarū voluntaria ꝛ discreta ppessione. sicut veniq̄ in temptationū spiritualiū plusq̄z dici pōt inquietudine. ¶ Habet itaq̄ (sicut pclare quidā ait) ipa tribulatio vocē oratiō nis. vt lazarus tot linguas habuit: q̄t vul nera tolerauit ꝛc̄.

Discamus cōsequenter iuxta priorē distinctionez q̄ opa que sunt alijs vtilia sicut elemosyna tam spiritua lis q̄ corpalis/satisfaciūt varie/iuxta fruc tuum varietatem qui diuinē in alios/ ꝓ diuersitate illos recipientiū ¶ Quevero sint et quot opa misericordie. satis vulgatū est ¶ Attendiē hic obligatio qua constringiē il le cui fit elemosyna. vicissitudinē. s. reddere vt vel orando vel ieiunando vel aliqō tale faciendo.

Puto si considereē satisfactio que fit p orationem/secluso respectu ad charitatem/illa frequenter habet sine forti meditatione vel vehementi/iunctā cum ea penitentiā: idcirco habet vim satisfactiōis tamen differenter iuxta sui cōtinuationem maiorem que fit simpliciter/aut actualiter aut virtualiter aut solū habitualiē. ¶ Exemplū damus in simili. q̄ nō omnia possum⁹ sub hac brevitate/plena rōne discutere. ¶ Ecce pegrinator aliquis ad sanctū Jacobuz hic ambulat nōnunq̄ ꝛ mouet cū actuali recogitatione sua sue pegrinationis/ambu lat aliquando sed de pegrinatione sua nihil recogitat actu. continuat tamen motū In virtute deliberationis prime qua consti tuat peregrinari. ¶ Ceterum desinit a motu quandoq̄z retinens actualem voluntatem sue peregrinationis quandoq̄z sicut in somno nihil actu considerat. ¶ In primo casu ē pegrinationis cōtinuatio duplici cōtinuitate actualiter/nature scilicet ꝛ motis. ¶ In secundo est continuatio peregrinatiōis natu re ꝛ cōtinuate motis/licet non actualiter sed virtualiter quoniam in virtute volun tatis prime continuat motum, sicut in mo tu lapidis post elapsum a manu proiscien tis/videre est. ¶ In vltimo casu reperiē dis cōtinuatō naturale/eo q̄ motus cessat rema net tamen continuatio moris. quoniā non

est apposita volūtas opposites que nolit cōtinuare peregrinatiōem. sed in habitu semper manet. Unde cum illa dicantur continua ꝑm Xristo. quorum vltima sunt vnū manet assidue continuatio moralis quantumcunq; fiat discontinuatis in ipso actu naturali/dum non interrumpitur ꝙ oppositam intentionem prime et principali intētioni/licet ipa nec actualiter in animo peregrinantis remeat. ¶Concludimus ex hiis verissimū sententie domini et saluatoris intellectum. ¶Oportet semper orare et non deficere. ¶Cum ꝙ ei deficit oratio que cepta est fieri ꝙ actualem attentionez quin continuetur in esse moris sive gratie dum non interponitur sicut nec interponi debz/discontinuitas oppositeintentionis vel culpe mortal. ¶Sic intelligit̄ preterea illud apostoli. ¶Omnia in glorā dei facite. Actu videlicet aut habitu. ¶Sic rursus illud magistrale. ¶Qui bene vivit semper orat. ¶Hoc est qui apponit in oratione sua peccatum mortale. ¶Illa semper est continua; vel actu vel habitu vl virtute.

¶Si loquimur ꝓpinde de ꝯcibus gratiis/intelligere facile est ex doctorum traditionibus ꝙtū vl quemadmodū illa de se valeant ad satisfactionē. ¶Credendum est plane ꝙ eucharistie sacramentum continet in se plenitudinē omnis gratie et meriti spiritualis nihilominus quoad satisfactionem ꝓ reatibus culparū constituit hoc sacramentū deus in numero pōdere et mensura. ita vt sit valoris finiti. finitū vero in plures ptes diuisum resultat/minus ꝓ multis ꝙ si conferret̄ in vnū. exēplum iam datum est

¶Sic de indulgentijs ꝑut sunt satisfactorie. ¶Sic de alijs iudicandū cēsemus semp ꝑsupposita circumstātiarum alia; paritate ¶Sic in sacrō pnie datur grā. et diminuit̄. vel omnis tollit̄ pena virtute sacerdotalis absolutiōis/si nō affuerit obex vel fictio. ¶Insup tradit sctūs thomas ꝙ est efficax ita sacramentū pnie in ficte accedente/ꝙ precedente fictione absolutō sacramentalis sortit̄ effectū suū. ita vt non oporteat iterū peccata confessa iterare vl repetere. ꝓportionabilit̄ ad dicta doctorū de illo qui baptizatur vnū manet in actuali voluntate peccandi. qua cessante/recipit dispositum effectum. ¶Hec opinio est si non retinetur communiter a doctoribus et regeretur communiter a doctoribus et regeretur/solutione/maiori/tanet nihilominus plurimum fragilitati nostre/et diuine pietati eo ꝙ vix sine fictionis alicuius admixtione/confitemur.

¶Quisquis tu tandē es/ordinatus ad orandū/nedū ꝓ te sz etiā ꝓ ceteris/poteris in ipa meditatione tua discutere q̄ dicta sunt/vt ab obligatiōe tua te apud deū z homines dissolnas. ¶Nihilominus si quid in me cōsilij est/noli nimium scrupulosus esse circa tue orationis numeruz pondus vel mensura. ¶Cōmitte totum istud deo/qui tribꝰ digitis potentie sapie z clementie appendit molē terre. q̄ numerat multitudinē stellaꝝ z omnibꝰ eis noia vocat. q̄ numeꝝ scit arene maris ¶Hic ipi tota spei fiducia ¶Debitor sum pater noster sua ꝓpria quā possit exiguitas mea soluere. ¶Debitor qz immemor tui vicijs me sordidans ꝓtra tua ꝓcepta et tamen mihi parcens peccantē nō damnasti. ¶Debitor iterū ꝓximis qz de labore manuū suaꝝ de sudore vultus sui comedo panem in abundantia. ¶Debitor carni mee z sāguini. ¶Debitor orantibus ꝓ me. ¶Debitor lapsi ꝓ me. ¶Et ita de reliqs absq; numero. Cogit̄ ꝑsus exactorib⁹ quid agā. quo me vertam. ¶Dñe vim patior respondē ꝓ me. ¶Sed quid rñdebis mihi/recte ꝓsus si dividas vnicuiq; illud quātulūcunq; suffragiorū qd offerre paupcula mea potest. que quāta sit solus vides. ¶Nolo calculum ponere cū singulis proximis et benefactoribus meis. ¶Tu ꝓ parte tua recipias missam istaz/tuam orationem/tu bonū opus alterū. ¶Tu sapientissime meritoruz/et suffragiorū ponderator deus/distribue singulis ꝓut vnicuiq; opus est ad vtilitatē suam et liberationē mea. ¶Exemplum in ciuilibus applico mihi. ¶Debitor itaq; nō habens vñ soluat creditoribus suis. solet vel cogitur cedere omnibus bonis suis tam habitis ꝙ habitandis retenta necessitate victus sui ꝓut ordinauerit iudex sive aduocatus suus. ¶Ita de spūalibus cedo coram te dñe et pie deus. ¶Bis ad alios redeo. ¶Legimus in vitis patruz ꝙ matrona quedaz romana nomine Melā

nia/ visitans heremitas in egypto obtulit ei trecentos solidos distribuendos in elemosynas fratrū. ¶Sed ille nec oculos quidē extulit ad eaz. sed sacculum iussit nutu suo reponi iuxta se. ¶Quod mulier attēdens/ indigne ferebat. quia illaudata remaneret ait Pater aspice. ¶Nam trecēti sunt solidi. ¶Respondit ille hec insinuares o mulier/ si ista vel mihi vel hominibus tribueres. ¶Cū vero ea deo tradis hanc oblationē/ supfluum est querere numerationē. quoniam ipsi qui numerat multitudinem stellarū et eius sapientie non est numerus.

¶Hominibus spiritualibus vt talia intelligant possūt facilius incalcari/ sed animalibus q nō sapiūt ea que sunt dei nisi p comperationē ad sua carnalia/ maior hic labor est. ¶Ponamus tamen p vtrisq; p carnalibus et spiritualibus pauculas consideraciones.

¶Z dicamus p prima. ¶Q̄ glorie cēlestis premium essentiale sicut excedit in valore liberatōz quātamlibz temporalis pene. sic meritū talis premij/ liberatōnē quātamlibet excedit huiusmodi pene. ¶Hoc dī aduersus carnales qui nichil vident in suis donationibus seu petitionibus aliud magis attendere/ q̄ modū recompēsationis satisfactorie. ¶Alioq̄n nō ita vellent (vt sic dicamus) ipi mercari. ō numero. sez missarum a quocunq; dicātur de numero psalmoz et similium. ¶Quoniā pcest alium de fieri/ vt per modum meritorie actionis/ vel etiam liberalis impetrationis per homines viuentes in fide spe et charitate. amplius et longe dignioz potest remuneratio conquiri/ nedum pro glorie celestis adeptione/ sed etiam p penarum quib⁹ obnoxij sunt liberatione. ¶Item quis nesciat sanctos et sanctas quoruz statui repugnat actio satisfactoria/ plus sepe nobis peccatoribus impetrare de venia. plus de indulgētia a pena et a culpa/ q̄ faciat nostra viatorum quantalibet afflictio. ¶Hoc in parabola vinee notauit christus qui venientes vltimo cum fine spe mercedis illud agebant denario.

¶ Via exultatiua est que ascribitur btō Greg. q̄ ptractat ⁊ meditatur gaudia celoꝝ. Vñ in quadā omelia sic scribit. ¶ Que lingua pōt dicere. aut quis intellectus pōt capere illa superne ciuitatis q̄ta sint gaudia angelorꝝ choris interesse ⁊c. Vocat̄ aūt hec via exultatiua vel cōgratulatiua q⁹ p eā homo congratulatur glorie dei et sctōꝝ. ⁊ p eā homo meditat̄ gaudia que sunt in celo. quib⁹ meditatis leuius portat oē q̄ grauat in h⁹ mūdo. Vñ Greg. ¶ Minuit pondus laborum spes p mioꝝ. Sciendū q⁹ volēs mentē suaz p hāc viā eleuare ad cōgratulādū supernis ciuibus. Primo videat quomō inter se diffitcti sunt ꝑm diuersa eoꝝ merita. q̄ hīi potuit ex aliquali eoꝝ silitudine regni celestis et regni terrestris. Vñ sicut in regno terrestri sunt diuersi stat⁹ hoim. sic potuit meditari de regno celesti. ¶ Et sicut veniens ad palatiū regis terreni salutaret oēs ꝑm ordinem ⁊ congratularet honori eoꝝ. ¶ Sic et tu ascēde mentaliter regnū summi regis ⁊ saluta laua. ⁊ congratulare honori ⁊ gl'ie oīm. ¶ Be h⁹ ponit̄ talis tabula silitudinis. ¶ In palatio regis terreni sunt primo. ¶ Rex in celesti curia est rex regum deus. ¶ In hoc ordine salutat quemlibet ꝑm suuz statum ⁊ dic. Salue rex regum. saluator et gubernator oīm congratulor maiestati tue. ¶ Pleni sunt celi ⁊ terra gl'ia tua. ¶ Tu pfulges in regno tuo sicut sol inter sidera. ¶ Deōo ibi est regina maria salue et gaude regina celoꝝ mater regis angelorꝝ tu charissima pulcra purissima pissima dña. post hanc secretarij ⁊ nuncij ⁊ sc̄i angeli assistentes ⁊ nuncij. ¶ Saluete ⁊ gaudete spūs innocentissimi qui nūq̄ a bñplacito vestri creatoris deuiastis. ¶ Post hos pncipes et comites ⁊ senes sunt ibi. ⁊ sunt p̄triarche. ¶ Gaudete ⁊ saluete q⁹ ex genere vr̄o natus est saluator mūdi. ¶ Post hos cōsiliarij. et sunt prophete. ¶ Saluete ⁊ gaudete. q⁹ vobis inspirata sūt p̄silia secretoꝝ dei. ⁊ impleta sunt que fideliter xp̄he tastis. ¶ Itez fideliter assistentes in exilio sunt. ⁊ sunt apl̄ic̄ ¶ Saluete et gaudete qui fideliter pmānsistis cū rege celoꝝ in exilio mūdi. qui vobiscum esurivit. comedit. dormivit. ⁊ pedes lauit. ¶ Cancellarij sunt ⁊ euangeliste. ¶ Saluete ⁊ gaudete notarij regis altissimi q̄ vitā ⁊ gesta regis fideliter euāgelizastis ⁊ scripsistis ¶ Milites et sunt martyres. ¶ Saluete ⁊ gaudete vos p̄stantissimi milites. q̄ p honore regis sanguinē vestrū fudistis. ¶ Thesaurarij et sunt cōfessores ⁊ doctores. ¶ Saluete et gaudete q̄ talenta vobis tradita ⁊ thesaurꝫ cū multiplici lucro rep̄sentastis: q̄z doctrina fulget scta ecc'lia vt sol et luna. ¶ Vigiles et sunt monachi ⁊ heremite. ¶ Saluete ⁊ gaudete. q̄ alijs dormientib⁹ p̄tra inimicos regis vig'orādo et p̄sallendo vigilastis. ¶ Virgines. ¶ Saluete ⁊ gaudete qui sponsos mortales et regnuz mundi cōtempsistis p pter amorē sponsi celestis. ad cui⁹ thalamū iaz cū lampadib⁹ intrastis. ¶ Vidue. ¶ O dispēsatrices. ¶ Saluete ⁊ gaudete que opa misericordie xp̄o in pauperibus fideliter dispensastis. ¶ Cōmunis popul⁹ aut vulgus. et est turba omniū electorū. ¶ Saluete ⁊ gaudete oēs sil'r electi. q̄ diuersis meritis ⁊ virtutib⁹ regnū in-

fo istis. Cōgratulamur vobis oībus: ora te p nobis. Itē p amplioꝛi eleuatiōe mentis ad illa futura gaudia. videas ēde gaudia celoꝛ hec tabula. ¶ Amotio oīs aduersitatis. ibi ñ erit fames sitis. frigus. nec est ¶ Vtilissima pñtia oīs bonitatis. Consortium angeloꝛ dulcissime amenitatis. Dotes corpis. summa agilitas. subtilitas. impassibilitas. claritas. Excellentissima dona aie cognitio cōprehensio dilectio summe maiestatis. fruitio speculi ineffabil' iocūditatis Gaudebit quilibet ō bonis meritis singuloꝛ. Honoꝛabiē quilibet sicut filius regis celoꝛ. Iuuentus sine senio. Charitas sine odio. Lux iocundissima sine obscuritate. Summa vocū iubilatio cū ppetua securitate. Notitia omniū sctoꝛ sine dubietate. Ordo meritoꝛ delectabilis cuꝛ multiplici varietate. Pax ineffabil' sine timoꝛe inimici. Quanta ibi sunt gaudia. nec potest dici. nec scribi nec imaginari. Requies sine tedio tot miliū annoꝛū. Pacetas omniū spiritaliū desideriozum. Tristicia ibi non erit nec luctus. necq clamoꝛ. sed nec vllus doloꝛ. Salubissima potestas. ppetua securitas et sanitas. intimus amoꝛ. Christus ibi sponsus. pater et frater. rex donū. finalissimus amoꝛ.

Operis Conclusio.

Dilectē oēs vie taliē qualiter xp̄o adiuuante sunt expedite. ppcluſione videanē aliq̄ doctrine seruande circa p̄missa q̄ vt clausula ēm pateant. aut vt facilius corde retineri possint ponanē ꝑm ordinē alphabeti. et ꝓ initiū cuiuslibz clausule p̄mittē de Abstractiōe volens ferventer meditari. debz se abstrahere ab appetitu honoꝛ. et cōcupiscētiarū et diuitiaꝝ. q̄ hec fantasmata distrahant meditantē. ¶ Bona vita debet enim fructuose viuere. q̄ in malinolā alam non introibit spūs sapie. nec spūs meditationis Cōstanti fiducia ad dilectū. et nō faciliter desistat ab amore dilecti ꝓpter incursus tēptationū. Nitiē enī d yabolus ipedire meditatē p diuersa. Tu aūt dic. Ego ꝑfido in eū q̄ ait fili p̄para coꝛ tuū mihi. qui ñ vult mortē pctoꝛ. q̄ pctoꝛes vult saluos facere. Nihil g̃ douꝛ vt turbuletū ō dilecto meditare ꝛz dic illud Job. Etiā si occiderit mē spabo i eū. Dispositōe corpali. Cū solus es poteris vti diuerꝝ cerimonijs in dispositō nēmēbꝛoꝛ. nūc leuādo manꝰ vt aaroꝛ. nūc genua flectēdo vt salomō. nūc pstrnē vt xp̄s in mōte oliueti. nūc sedē vt maria magdalena ad pedes dñi nr̄i ihu xp̄i. nūc bꝛachia in modū crucis extendē vt xp̄s in cruce. nūc oculos in terrā deflectere vt publicanus. nūc in altū leuare vt apli i ascēsiōe dñi ꝛ sic potent illa diuersitas exteriꝛ diuersificare affectus iteriores. inq̄tū tū nō sis singularis ꝛz inclina cū inclinantib⁹. exhibendo reuerētiā filialē dño vt p̄ri. flecte cū flectentib⁹ exhibēdo reuerētiā quā exhibeꝛz seruus dño pstrnē cū sternentib⁹ recognoscēdo in hoc tuū iudicē et te reuꝛs ꝛ impulsiuē redigēdū. Itē valet ō cōgruo tp̄s noctēnū. ꝛ locus solitudis. In his ñ q̄libz abūdat i sensu suo. Exercitatiōe diuersoꝝ. ꝛ diuersifices actꝰ tuos. iuxt illō. Nūc lege nūc ora nē cū feruoꝛe labora. Sic erit hora brevis ꝛ labor ille leuis. Si enī velles cōtinue vni actui insistē minꝰ p̄ficeres et cito te destrueres. Fine meditatōis. Finis meditatōnis nō ꝓpter cōmodū tuū. nō ꝓpter euadē penas aut spe lucri aut p̄mij celestis aut ꝓpter dulcedinē meditationis. q̄ ille esset amoꝛ mercennarius. ꝛz meditare puro filiali amoꝛe. vt coꝛ tuū p̄pares habitaculū ō vt des locū gr̃e vt facias bñplacitū eiꝰ. cuiꝰ delitie sunt eē cū filijs hoim qui delectatur in salute nr̄a Itē q̄ ad hūc finē creata ē alꝛōnalis vt creatoꝛi suo dulcissimo. cordialit̄ et amorose vniat. b in via p meditatōꝛ in futuro p ppetuā fruitionē. ꝛ brevit̄ dēs in hoc q̄rere gloriā dei. postea honoꝛē sctoꝛ vtilitatē eccle. salutē tuā. ordinādo tū oīa i gloriā dei in xp̄m illud apli. Siue come. siue biba. Gratitudie gr̃e. si aliq̄ bonū in te sentis. gr̃as age. noli superbire. nō est volentis neq̄ currētis. ꝛz miserētis dei noli p̄sumē. gr̃a et meditatōis dat bonis ꝛ malꝭ. Habūdātia pūctoꝝ. debes enī ꝑm intentionē cācellarij parisien. diuersa hr̃e pūcta p q̄ te amorose inflāmare possis cū incipis. de hoc vide superius. Intimitate. debes in te cōcipe semper quocūq̄z vadis. quasi p oculis tuis haberes delictū tuū. nūc crucifixū. nūc fugiētē i egyptū ꝛc. ꝛ inumis iubilatōib⁹ ad euꝛ

ab intra laudans. dulciter ꝛ affabiliter loq
necessitates ꝓponere auxilia petere. ¶ Cha
ritatis accensione. qualẽ tibi vis esse deũ. si
benignũ talẽ te exhibe primo tuo. nullum
contẽne. sic eris amicus dei. ¶ Ille eñ nullũ
horruit nullũ contẽpsit. sed amico ꝙ idẽ est
velle et nolle vel si qꝛ faciliter infrigidamur
indigemus accẽsione charitatis. ¶ Fervore p
gemitũ oronis. ¶ Igne pacis xpi p cõpassio
nẽ xpi. ꝛ p desideria adherendi vt s. ¶ Quã
do te diligã ꝛc. ¶ Labore optet te apponere
laborẽ. ¶ Et merito. omnibus in factis gra
uis ẽ inceptio prima. postea tñ alleviat on⁹
Vides ꝙtos labores sustinent agricole p
fructu terre. mercatores ptranseunt mare.
multis se ingerunt periculis. milites vulnera
belli sustinent p trãsitorijs. et tu sine la
bore esse non debes. ¶ Moderatõe opm per
discretionẽ. ¶ Ne qd nimis. ne nimis volẽs
eradere vas ipm frangat. ¶ Tene mediũ. nõ
sis nimis remissus nec nimis inquiet⁹. ver
sus. ¶ Vibus adde modũ: modus est pulcer
rima virtus. ¶ Natura li cõmixtiõe. ¶ Attẽ
de quid nature tue cõgruat. ¶ Quibusdã ei
ꝓdest multũ insistere oroni: quibusdã me
ditari. ¶ Alij facilius trahunt ad iudicio rõnis
alij cõpassione alij bñficio ꝙ consideratiõe
¶ Alij sũt vtiliores ad vitã actiuã. alij ad cõ
tẽplatiuã. ¶ Sic de cibo et potu: debes natu
rã tue cõplexiõis attendẽ. ꝛ de vtroq; mo
derate sumẽ. vni ei est mediũ qđ alteri nõ
sufficit. sz attẽde. ne cor gꝛuẽt crapula. ¶ Or
dine: vt incipias a via purgatiua. vt prius
abluaris et munderis añq; p viã vnitiuaz
te dilecto cõiungas. ¶ Nõ eñ decet lutosum
et sordidũ anteq; lotus sit ad osculũ regis
prumpe. ¶ Nõ eas ꝓmo in tecto añq; discas
ire in terra. ¶ Promptitudine. vt in vita tua
habeas refectõz i somno ꝛc. vt sp ꝑmptus
sis ad eleuãdũ cor tuuz. et verificẽ in te il
lud. ¶ Sursum corda hẽm⁹ ad dñm. vt ꝑm
pte dicere possis. ¶ Deus ds me. ad te ds lu. vi
gilo. ¶ Sis igiẽ discretus vigilãdo ꝛ ꝑmpt⁹
ꝛ sp bone volũtatis. ¶ Quiete: vt quicqd di
stractiõz tibi ingerit. fugias i pace i ipsũ
reflectens. nisi ex officio aut obedientia aut
obligatione. tenearis insistere occupationi.
¶ Fuge tñ indicia et suspitiones. qꝛ multum
inquietant cor. ¶ Et si erũpunt cogitatiões su
spicandi. relinque eas nõ determinãdo sen
tentiam sed dic. ¶ Qui nos iuducat: dñs est.
¶ Dubia interptare in meliorẽ ptẽ. ꝛ si aliẽ ce
ciderit. cõpatere ei ꝛ dic. ¶ Si hec temptatio
me inuenisset forte ꝓfundi⁹ me deiecisset.
¶ Recollectione. sepe te recollige ab ymis
ad summa. a tpalibus ad eterna. ab exterio
ribus ad iima. a vanis ad duratura. ¶ No
li videꝛ vanitates. noli audire fabulas. dic
Vidi cuncta qꝛ erant sub sole. ꝛ ecce vniuer
sa vanitas. solus dilectus meus bonus sol⁹
amabilis candidus ꝛ rubicũdus mihi suf
ficientissim⁹. ¶ Sic eñ facit puer qui ñ vult
aliquid reputari aut melior esse patre suo.
¶ Seruitio setõ ꝙ. habeas aliqs spales san
ctos quibus quotidiana impendas ꝓuina
ꝛ sp assent in conspectu dei p te intercedẽ
do. vt beatam virginẽ. angelũ tuũ. apostolũ. martyrem. virginem aut confessorẽ aut
plures que orent p te. ¶ Totali subiectiõe
vt totum te subijcias volũtati dei vt dicas
ei. ¶ Die iesu sicut tu scis ꝛ vis. ita mecuz age
¶ Et si gratiã meditationis tibi dederit. cuz
tumore suscipe. si non dederit: cũ patientia
sustine. ¶ Quicquid tecuz egerit sis content⁹
sine murmuratione. ita esto quasi vnus spi
ritus cum eo vt nihil te putes scire nisi Je
sum xpm et hunc crucifixum. ¶ Ulteriori
tendentia ꝓ quiete contemplationis. ¶ Si
eñ religiosus es. vt dicit cancellarius par
siensis teneris tendere ad quietem cõtẽpla
tionis. etiam si vix in fine vite tue compẽ
deres. quia hoc exigit status tuus. ¶ Ad mi
litem spectat miseros defendere. ad rusticũ
laborare. ad religiosum contemplatiõi in
sistere ꝛc. ¶ Uñ dicit Bonauentu. vbi dimit
tis vna die ibi altera incipe. vt facias sicut
volens ascendere montem altũ cum quies
cere vult non semp reuertẽ ad pristinũ lo
cum sed in eodez loco sedet ꝛ quiescit. ꝛ ibi
dem incipit post quietem. ¶ Nos aũt ideo ñ
ꝓficimus in contemplatione. quia qđ ho
die cũ difficultate ꝛ gratia dei acquirimus
cras ingerendo nos leuitatibus aut fabul⁹.
aut voluptatibus perdimus et sic de ascen
su montis ad vallem ꝓlabimur. et nõ cõ
tinuamus. ¶ Christo vt nihil ꝓponas ei.
ipm deprecans vt sit adiutor tuus protec
tor director et finis. ¶ Amen

¶ Explicit tractatus đ elevatione mentis
in deu. qꝛ ꝛ alphabetũ diui amoris iscribẽ.

Incipit doctrinalis

expositio magri Johis Gerson cancellarij parisien. sup septē psalmos penitentiales.

Ultra pnia. Prefatō. ve lut scala q̄dā est qua hō pctōr q̄ fm eu3gelicā pabo lā descendit de hierlm in hie richo. rursum in hierlm h° est ad pacis visionē ascēdit Hui9 vo scale septē sunt gradus. q̄bus cōrndēt psalmi septē q̄ dicū tur pniales. Primus itaq3 gradus est ti mor pene a q̄ prim9 psalm9 incipit. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq3 in ira tua cor. me. Secds est dolor culpe. Hinc est q̄ in se cūdo psal. optando dicit. Beati q̄r remiss. sunt iniq̄tates: r quorū tecta sunt pcā. Et hūc pctōr pfessio iporū q3 remissio sequit. Delictū meū inq̄t cognitū tibi feci r iusti cīā meā a te nō abscondi. Et iterq. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā dño r tu remisisti impietatē pcti. Tertius gra dus est spes venie. hanc timōr pcedit. q̄ rur sus in tertio psalmo clamat. Dñe ne in fu rore tuo arguas me: neq3 in ira tua corripi as me. Et hūc dolor comitat. Afflict9 sum r humiliatus sum nimis: rugiebā a gemi tu cordis mei. Post hec vo seq̄t spes. Cūm i te dñe spaui: tu exaudies me dñe deus me9 Quart9 est amor mūdicie. hāc nō hois iusticia/ sz dei mia efficit. Cūm quartus psal. sit. Miserere mei ds: fm magnā miaz tuā Ac deinde subdit. Ampli9 lava me ab in iq̄tate mea. Et iterū. Cor mūdū crea i me ds. Quint9 gradus est desiderū celestis patrie. p quo orat q̄ntus psal. Dñe exaudi orationē meā. Precedit a ūt cōtemptus pre senti vita. q̄ defecerūt in q̄t sicut fumus di es mei. Et iterq. Dies mei sicut vmbra dē naverunt: et ego sicut fenū aru i. Et hūc co mitatur p sideratio eternitatis divine. Tu aūt dñe in eternū pmanes rē. Et rursū. Tu aūt idē ipe es: r anni tui nō deficient. r ex his cōsequit desideriū habitatiōis supne. de qua cōcludēdo ait. Filij serui or tui nz habitabūt: r semen eor in seculū dirigetur Sext9 gradus est diffidētia vtutis p prie. r hāc iuuat cōfidentia divine misēdie. p q̄ ser tus psal. suspirat dicēs. De pfundis clama ui ad te dñe rē. Et merito. q̄ ad celestē pa triā puenire ppa virtute diffido. Nā. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe q̄s sustī. Sed ō copiositate tue mie cōfido. Qr apō dñm mia r copiosa apud eū redemptio.

Septim9 gradus est exultatio spūal'leti cie. Hāc assidua oro efficit. ideo septimus psal. incipit. Dñe exaudi oronē meā aurib9 percipe obsecrationē meā per hāc ex diuina opm cōsideratione hō in dei cōtēplationē ascendit. Meditatus sū inq̄t in oibus opi bus tuis. r in factz manuū tuaz meditabor Dñ tandē exultando excludit. Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectā. Nos g̃ si in hāc terrā celestis hierlm deduci cupim9 his septez pnie gradibus ascendē. et in his psalmis assidua deuotione meditari debe mus exēplo būssimi augustini de q̄ legit q̄ vltima qua defūctus est infirmitate hmōi psalmos ō pnia quos sibi iusserat scribi in cens in lecto ꝫ parietem positus intuebat r legebat r vberum ac iugit flebat. Jō ex hu ius scti doctoris alio rūq3 sentētijs sup psal mis penitentialibus quasdā oroes seu me ditatiōes deuotas cōponere dignū duxi. q̄. bus ad pniam puocari r p pniam i dei cō tēplationem humanus animus valeat p moueri. Illud tn i exordio pmittēdū ē. q̄ lz septē affectus quos septē gradibus scale penitentie appropriamus dictis septē psal. apte decenterq3 vt oñsum est puenīāt. Cñ sicut dicit Hugo in libello ō orone sciēdū est hanc pprietatē in omnibus psalmis nō esse. vt p totā seriem vnus affectus extenda tur. sed sepe ex alio affectu transit in alium. sicut ex affectu timoris in affectū amor. vt in spei affectū vel ꝫsolationis. fm q̄ mens oātis diuersis modis affici solet. Hoc au tē qualiter per singulos psalmos cognosca tur. licet nō sit huius opis explanare. tamē q̄tum ad ꝓpositum pūnet satis ex sequen tibus apparebit.

Meditatō deuota su

per primo psalmo penitētiali.

Domine Ihu xp̃e. future inder se culi. qui bonos in celeste regnuz tuū. malos vo in ignē etemū es missur9. Ego reus r indignus pctōr. horrore futuri iudicij tui ꝓsidero. timēs ac tre

meus ad te clamare cōpellor z dicere. ¶ Dñe ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. ¶ Sed ve mihi quō immensā clementiam tuā ad furorem quō infinitaz misericordiam tuā ad irā ꝓuocare merui. ¶ Me rui itaq; et hoc spōte cōfiteor alioquin cor actus fateor. ¶ Scio tū dñe te docente. qr tu sp idē es/ideo tu in varios affectus nō mutabilis es. ¶ Te te quoq; scriptū est. ¶ Tu autē dñe virtutū cū tranquillitate iudicas. ¶ Furis ergo sp tranquillus. irascēris sp placat? ¶ Nō est furor tuus/nō est ira tua in te et in tuo affectu sed extra te est z in effectu tuo. ¶ Furor tuus/pena est iferni. ¶ Ira tua purgatorij pena ¶ In inferno quasi furendo arguis. ¶ In purgatorio quasi irascēdo corripis ¶ In illo p iusticiā arguis insolubiliē/in isto p misericordiaz corripis salubriē. z tū aby utroq; opto eripi/ab utroq; desidero z peto liberari dic. ¶ Dñe ne in furore tuo arguas me zc. ¶ Sed quo pacto qua fronte/qua hoc presumo audacia? nō utiq; de mea iusticia. sz de tua misericordia. ¶ Ideo. ¶ Miserē mei dñe. ¶ quare? ¶ qm infirmus sū. ¶ Nō mee virtutis firmitatem. sed mee vanitatis allego infirmitatez. ¶ Ego infirmus/tu medicus. g̃. ¶ sana me dñe. ¶ Dic adhibe q̃ tu vis medicamenta. ¶ Dic ure. hic seca/tu tū a furore tuo et ira. hoc est a future vite pena me libera. ¶ Nec a te o pie medice frustra peto vt sanes me. ¶ q̃ nia ꝓturbata sē ossa mea. ¶ (ossa loquor nō corpis sed anime) ¶ Ossa anime mee. vires sunt anime mee qr sicut in ossibus corporis/sic in viribus anie cōsistit fortitudo. ¶ Vires anime mee memoria intelligentia z voluntas. ¶ In quibus dū sane sunt/ sctē trinitat? vera imago est z similitudo. ¶ Sz heu me qm̃ p petm̃ infirme facte sūt iō ꝓturbate. hoc est intra se. z ꝑ se inuicem cōturbate sunt. ¶ Et ideo. ¶ anima mea turbata est valō. ¶ Quia ergo nō modicū/sed valde cōturbata est anima mea/ qr valde infirmata est omnis fortitudo sua. ¶ Tū tibi mozbū meuz detego dū medico egritudinis magnitudinē oñdo. oro vt sanes. ¶ sed tu dñe vsq; q̃. ¶ Usq; quo domine sanitatez differs? ¶ Non est dilatio ista crudelitas tua. sed ideo differs. vt dum diu lucrari ꝑmittis cuz virtutis et hoc persuadeas anie mee. in que mala se ꝑcipitauit. z vt inde cautior sit. ¶ Nā ex difficultate z dilatione sanationis fit diligentior custodia recepte sanitatis. ¶ Vel ideo mihi pfectam differs curationem: qr imperfectam tibi offero orationem. ¶ Nam hic nondum tam pfecte oro. vt audire merear. adhuc te loquente dicā. ¶ Ecce assum. ¶ Quare hoc? ¶ Quia non satis pfecte animam meam conuerto ad te. sed nec hoc possum. nisi tu suppleas impfectū meum ¶ Ideo. ¶ Conuerte re dñe z eripe animā meā. ¶ hoc est fac me ad te pfecte cōuerti. ¶ Dux em̃ z laboriosum est mihi ad serenitatem et trāquillitatem diuine lucis a terrenaz cupiditatū caligine retorqueri. ¶ Eripe ergo animā meā a peccatis sz ligatā z in sua conuersiōe hostibus multis impeditā z oppressam tanq; inherentez pplexitatib⁹ huius seculi. z spinas quasdā dilacerantiū desideriorū in ipa cōuersione patientem. ¶ Ab his q̃z malis eripiens. ¶ salvum me fac ꝓter misericordiam tuā. ¶ nō ꝓter iusticiā meā. qr peccatis et dementis meis iusta debet̄ damnatio. sed ꝓter misericordiam tuā. p quā cōuersis ad te/pia ꝓmittit̄ salutatio te dicente. ¶ Cōuertimini ad me z ego conuertar ad vos. ¶ Tu ergo q̃ auersus eras z quem mihi auersum mea fecerat auersio uertere ad me. qui ad te ꝓuersus sum z si pax cōuersus. ¶ fac me ꝓuerti pfectius. z sic ¶ Cōuertē dñe a vindicta tua. z eripe aniam meā. non solū a pñti malitia/sed saluū me fac etiā a future mortis miseria. ¶ Qm̃ nō est in morte qui memor sit tui/in inferno aūt quis cōfitebit̄ tibi. ¶ O pissime dñe nō immerito hic festino mihi peccata dimitti/ q̃nia post mortem vel in inferno nō erit memoria tui aut ꝓfessio peccati que. s. vtilis sit aduenia/qr nūc est tps cōuersionis/sed cū hec vita transient tps erit retributiōis. ¶ Ut ergo ab illa eterna morte. vt ab illa inferni damnatiōe. p pniam liberer. ¶ Laboraui in gemitu meo lauabo p singulas noctes lectum meū: lacrimis meis stratum meum rigabo. ¶ O felix dauid qui has penitētie erūnas p tot noctes vtiliter sustinuit. ¶ Me mihi misero qui has vna vix hora sustinē valeo/aut nō volo/z si q̃z velle mihi adiacet qr tū ꝑfecte volo/perficere non inuenio. ¶ Tu ergo domine da mihi velle. da mihi p ficere/da mihi laborare non solū ingemi tu cordis: sed lauare lectuz meū lachrymis

corpis/nec lauare soluz exterius seu superficietenus/sed etiã rigari intrinsecus/vt fletus meus nõ solũ ad exteriora corpis/sed vsq; ad cordis intima pueiat ibiq; pmaneat Nec solũ dñe peto lauari aut lacrymis rigari lectũ vel stratũ meũ corpale. sed etiaz spirituale. s. interiorius pscie & hoc p singlas noctes. i. p singula pcta ex ea orientia. Oriuntur qppe mihi alternatim dies ac nocteſ Noctes patior/cũ carne seruio legi pcti. Dies sentio/cũ mente seruio legi dei. Obtinã fugatis noctibus peccatoruz et abiectis tenebris vitiorum orianẽ mihi et illuceſcãt clarius dies virtutũ & lumina gratiarum. Sed heu me miserum Quia turbatus est a furore oculus meus Heu heu & iterum heu/qz oculus mentis mee vix potest ad ortũ diei et spiritualis luminis consurgere & hoc qz turbatus est a furore. Nec solum a furore tuo diuino tamen futuro/quem timeo. qz psenti/quẽ sentio. sed etiam a furore meo ppo/quẽ gemo. hoc est a furiosa cõcupiscentia mea/a primo parente transfusa. p quã qz diu sum in hac miserabili vita/licet non totaliter extinctus. tñ multipliciter turbatus est oculus Et merito quia inueteraui inter oñs inimicos meos Iscz inter omnia vitia mea & pctã mea. qz vere inimici mei sunt dũ me ab amore diuino separant & auertunt. Inter que inueteraui/dũ pinueteratã psuetudinẽ/me eis subiectum esse consensi. Sed tu dñe pissime post laborem & gemitũ/post imbres creberrimos lachrimaz. da mihi psolationis tue auxiliuz vt dicere valeam Discedite a me omnes qz operamini iniquitatẽ. qm exaudiuit dñs vocẽ fletus mei . Da mihi optare ab oparijs iniquitatis separari. nõ solũ loco sed animo in qz peccaui cõsortio. vt sic & tua ĩ me correptio & mea in te psolatio innotescat vt sic spũs meus sentiat qm vocẽ fletus mei exaudisti. Da mihi dñe vt iterũ atq; iteruz exultans dicam Exaudiuit dñs depcatõnem meã/dñs orationẽ meã susepit Depcationẽ meã p pctis deponendis et orationẽ meam p virtutibus adipiscẽdis. Sed nõ solũ dñe da mihi exaudiri p me. nõ solũ p mea/sed etiam p meoz p primoruz salute. Nec solũ p amicoz meoz/sz etiã p inimicorum cõuersione. vt exẽplo viri pfecti dicam cum seruo tuo dauid Erubescant et cõturbẽ vehementẽ oẽs inimici mei Erubescant/exemplo meo de actibus suis malis & conturbent terrore iudicij ad pniaz. nõ leuiter. sed vehementer. cũ gemitu fortiz. vt sic Cõuertant & erubescant valde velociter Nec conuersio sua & erubescentia penitentie sue differat damnabiliẽ. qz nisi in psenti vita sic cõuertant & erubescant sz potius (vt ab iniquis fieri solet) penitentes irrideant & suis irrisionibus infirmos erubescere faciant. tandẽ in finali iudicio erubescent & erubescentes dicent. Hi sunt qs aliqñ habuimus in derisuz. Nos insensati vitam illoz estimabamus insaniam. Ecce qmodo cõputati sunt inter filios dei & inter sctõs sors illoz est. Quid nobis pfuit superbia aut quid diuitiaz iactantia cõtulit nobis? Tũc ergo cõuertent & erubescent. sed erit hec cõuersio & erubescẽtia ad damnabilẽ confusionẽ qz habere noluerunt pniaz salutarẽ. Et hec oia fiẽt valde velociter. quia quando minus de iudicio sperauerint & dixerint pax et securitas. tunc repentin⁹ superueniet interitus.

Meditatõ deuota super secundo psalmo penitentiali. s. Beati quorum.

O Domine ieſu xpe qui culpa offẽderis & pnia placaris. Tu magister optime q̃ interius docẽs illuminatoz es cordiũ da mihi intellectum. da excecato cordi meo et tenebroso intellectui meo/lumen tuũ. quo culpabilem offensam plene et pfecte valeã cognoscere. Da mihi culpam meã offensamq; tuã taliter cognoscẽdo dolere vt eã dignerꝛ misericorditer ignoscẽdo delẽ. Da mihi q̃ vt de illoz sim numero de qbus p phetaz tuũ dicit Beati quoz remisse sunt iniquitates/& quoz tecta sunt pcta Ecce mebeatuz si a te dñe remisse sint iniqtates mee/ita vt mihi dones indulgentiã ex gratia tua cui debes vindictam ex culpa mea. vt mihi dones indebitam gratiã. cui iuste reddere potes debitam penã. Digitur me beatũ si tecta sint peccata mea Quomodo tecta? Nõ ita tanq; in me sint vt viuant. non ita tanq; in me abscondita maneant/sed ita dele-

ta/vt tu deus ea nō videas. id est. non eternaliter punias. Te enī peccata videre. qđ aliud est/q̄ peccata punire? Sicut scriptū est. Auerte faciē tuā a peccatis meis Tu ergo ea peccata nō vides/sed ab eis faciē auertis/que nō a te aduertis. id est. que non punis. Tu ea nō agnoscas quibus ignoscis. Tu ea tegis p gr̄az/que nō imputas ad penam. Ideo recte subdit̄ ⁊ Beatus vir cui nō imputauit dñs peccatū ⁊ Sed cui non imputat? Certe ei nō imputat q̄ ignoscit. qui peccatū suū agnoscit. ⁊ agnitū non defendit. sed p̄fitendo corrigit. nec meritū suum sibi. sed gr̄e dei attribuit. de quo dicit̄ ⁊ nec est in spiritu eius dolus ⁊ sed nec i ore eius. q̄ se accusat cū sit peccator. ⁊ corde tenet q̄d ore fatet̄. Dolus enī est/ si quis peccator iustū se p̄dicet qui vo se accusat dolo caret. Talis erat publican⁹ ille humilis q̄ dicebat. Propicius esto deus mihi peccatori. Vñ sequit̄ ⁊ Quōm tacui inueterauerūt ossa mea: duz clamarē tota die ⁊ Quōm tacui q̄d nō erat tacendū. scz p̄fessionē peccatoꝝ. Inueterauerūt ossa mea. id est. defecit interior fortitudo mea. dū clamarē tota die dicendo q̄d nō erat dicendū. scz iactantiā meritoꝝ. Ecōtra vo si clamassem peccata ⁊ tacuissem merita. robusta ⁊ firma fuisset virtus mea. Tacui ergo ⁊ clamaui. tacui petā clamaui merita. Tacui vnde p̄ficerē/ clamaui vnde deficerē. Tacui de peccatis confessionē/ clamaui de meritis p̄sumptionē. Sana mēbra medico ostendebā. vulnerata tegebā/ ⁊ ideo nō fui sanatus sed inueteratus. hoc est in peccatoꝝ meoꝝ vetustate remansi. quia p culpe mee p̄fessionem. gratie tue nouitatē nō quesiui. Et ideo ⁊ Quōm die ac nocte grauata est sup me manus tua cōuersus sum in erūna mea dum cōfigitur spina ⁊ O dñe o pie medice qui etiā peccatori ndo sanas. q̄ manus tua. id est. vindicta assidue die ac nocte grauata est sup me ad humiliandū me sup̄bum peccata tacentē merita iactantē. ideo tandē cōuersus sum in erumna mea/in miseria mea. hoc est. cōuertendo ad me ip̄m cognoui me miserū ⁊ dum cōfigitur spina ⁊ id est. dum cōpungitur cōscientia mea. Sicut enī spina dorsi hoīem sursum erigit. sic ratio vel cōscientia spīn̄ p̄ius ad terrena curuatū. ad superna resurgentez dirigit. Hac ergo de culpa sua compunctus peccator humiliatus ait. ⁊ Delictū meū cognitū tibi feci ⁊ iniusticiā meā nō abscondi ⁊ Aperito quidem delictum meū. quia facienda omisi ⁊ iniusticiam meā ⁊ quia nō facienda commisi. igitur p̄fitendo operui ⁊ detexi operta vt operires. detexi vt tegeres. Vnde sequit̄ ⁊ Dixi cōfitebor aduersūz me iniusticiā meā dño ⁊ tu remisisti impietatem peccati mei ⁊ O magna vtilitas p̄fessionis peccati. maxima quoq̄ benignitas miserantis dei. quia ad solum p̄fitendi p̄positū remittit peccatum nō enī dixi cōfitebor. sed dixi cōfitebor. id est p̄posui confiteri iniusticiā meā aduersum me. me ip̄m ⁊ nō aliū accusando. et statim tu/ ⁊ nō alius. remisisti impietatez peccati mei. ⁊ bene mei. q̄ q̄d peto hoc meum est. qui aūt a peccato resurgo. hoc tuū est Absit ergo a me vt imputē peccatū meū tibi. ⁊ dicam. hoc deus voluit. hoc fatū. hoc stella⁊ cōstellatio mihi fecit. Nō est hoc confiteri iniusticiā meam aduersum me/sed aduersum te. ⁊ te summe bonū de malicia accusare. Dicam ergo potius. Domine miserere mei sana animā meaz quia peccaui tibi. Et ne putetur remissionē peccati paruum dei esse donū. sed tanq̄ magnū deuotis p̄cibus exposcendū/ statim subditur ⁊ Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno ⁊ Omnis enī sanctus. hoc est p peccati remissionē sanctificatus. pro hac remissione orabit ad te. q̄ omnis sanctus eget auxilio gr̄e ⁊ gratuite remissionis tue Sed q̄n orabit? in tpe oportuno. hoc est. in tempore vite mortalis in qua est oportunū tempus remissionis. q̄ post eam erit tēpus retributōnis. vel in tempe oportuno. hoc est in tempe gratie p r̄m reuelate. De quo ait ap̄lus. Quādo venit plenitudo tēporis: misit deus filiū suū factū sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret. Sed licz omnis sanctus in tempore oportuno oret. ⁊ Verūtamen in diluuio aquarū multarū ad eum nō approximabūt ⁊ Nō enī eripit oratio sanctoꝝ eos qui p obstinatā consuetudinem absorbent̄ ⁊ in diluuio aquaꝝ mltaꝝ ⁊ hoc ē in multitudie efluētiū carnaliū delitiaꝝ sicut voluptuosi. vel in multiplicitate variaꝝ doctrinaꝝ sicut pha/ vel in

varietate diuersoꝝ errorꝝ sicut hereticꝰ. vt
in vanitate frivolaꝝ superstitionū. sicut astro
nomi. qui oīa fatali necessitati aut fortune
celesti attribuunt. vel in numerositate cere
monialiū obseruāciaꝝ sicut iudei. qui an-
tiquis obseruantijs carnaliter intellectis
salutem ascribunt. ¶ Di inq̄ oēs qui sunt i
huiusmodi ꝓfundo diluuio aquaꝝ mul-
tarū ad eum nō approximabūt. qm̄ he aq̄
diuerse sunt a mare. a fonte vere et dulc̄
aque. hoc est a xp̄o qui fons est pure verita
tis sunt remote. ¶ Quid ergo facturus sum
dñe vt effugiam ab hoc tam periculoso dilu-
uio aquaꝝ multaꝝ approximē ad te. ¶ Certe scio te docēte q̄ xp̄e est dñs omnibus in-
uocantibus eū in veritate. ideo inuocabo
te. nō solum in voce corpis sed in veritate
cordis. hoc est in vera deuotione cordis se
humiliātis/ et nihil de se p̄sumētis et nil sue
potētie supbe tribuētis et dicā⌊ ¶ Tu es refu
giuꝫ meū a tribulatōe que circūdedit me⌋
¶ Tu solus et nō alius. es mihi refugiū a tri
bulatione huiꝰ seculi. que vndiq̄ circūde-
dit me. ¶ Tu ergo⌊ exultatio mea erue me a
circūdantibus me⌋ ¶ Ostende mihi viā qua
eripiar a diluuio aquaꝝ multaꝝ et a pericu
lo circūdantiū me maloꝝ. ¶ Jam vero dñe
qui nō deseris sperātes in te/ iam quia i te
spero et in hac spe gaudeo a te consolatus.
audio te dicentē⌊ ¶ Intellectuꝫ tibi dabo et
instruam te in via hac qua gradieris⌋ ¶ Ne
aberres a via dei/ et ne quis noceat tibi⌊ fir
mabo sup te oculos meos⌋ vt in via dirigā
oculos tuos. ¶ Sic ergo dato mihi intelle-
ctu ipoq̄ a te instructo et in te firmato con
tertā me/ humilis ad supbos et obstinatos
et eruditus/ ad stolidos et ignaros et dicam
⌊ Nolite fieri sicut equus et mulus quibꝰ
nō est intellectus⌋ ¶ Per equū signant̄ sup-
bi erecta ceruice. sua pctā defendentes. ¶ Per
mulū stolidi/ quelibꝫ peccatoꝝ onera/ sine
discretōe potātes. ¶ Di ergo si nō corrigan-
tur. sed velint fieri brutis animalibus simules
quibus nō est intellectus. tu dñe⌊ ¶ In cha
mo et freno maxillas eoꝝ constringe qui non
approximāt ad te⌋ ¶ Di eī non corrigant̄ et
approximēt ad te ꝑ penitentiā/ dignum est
vt corrigant̄ et cōstringant̄ a te per penam
¶ Ideo equus freno et mulus chamo arceāt̄
id est maiori et minori tribulatione iuxta
culpe exigentiā cōstringant̄. ¶ Si vo freno
nō domēt et chamo/ restat vt duriori fla-
gello castigent̄. ¶ Ideo sequit⌊ ¶ Multa fla
gella peccatoris⌋ et in p̄senti vita patient et
futura⌊ sperantem aūt in dño mia circūda
bit⌋ ¶ Nec imerito in tua mia sperantē. et nō
in sua humana iusticia cōfidentē circūda-
bit. id ē circūquaq̄ vallabit dei mia ne ali
qua ex pte sibi noceat diaboli malicia. ¶ Pa
gna ergo dñe magna est leticia: magna ex-
ultatio. magna gloria sperātibus in te. ¶ Jō
dicat̄ eis⌊ ¶ Letamini in dño et exultate iusti
et gloriamini oēs recti corde⌋ ¶ Qui sunt hi
iusti et recti corde? ¶ Di sunt qui nō in se sꝫ
in dño sperant nec sue sed diuine voluntā
ti se conformant. sicut xp̄s docuit dicens.
non sicut ego volo/ sed sicut tu vis. ¶ In ca
pite ostendens q̄d futuꝝ esse debebat i mē-
bris. ¶ Di ergo nō in se sed in domino letā-
tur. exultant. gloriant̄. ¶ Letant̄ siquidē ta
cita suauitate gaudētes. et exultant concita
ti animi gaudio feruentes. gloriant̄ feruo-
re charitatis extra se in deū transeūtes. ¶ O
vtinam dñe vtinam sic detur/ mihi non in
me sed in te letari. exultare et gloriari vt sic
humiliter capiti me conformans veraciter
efficiar membrum xp̄i.

Meditatio deuota

sup tertio psalmo penitentialium. Dñe ne in furore.

Domine ihu xp̄e cui nunq̄ sine
spe venie supplicat̄. cum plura
duobus p̄oribus psalmis de ti-
more pene ac dolore culpe collo-
quēdo p̄diximus et nūc aliqua de speven ie
tibi supplicādo loqui ꝓposuerim. sp tamē
ad priora relabor. et pene timore ac culpe
dolore pterritus tibi iterq̄ petere impellor.
⌊ Dñe ne in furore tuo arguas me: neq̄ in
ira tua corripias me⌋ Ego siquidē ō pecca
tis penitēs. peccati cōscius. et inde graviter
afflictus. ego i malis positus peiora timēs
et inde luges multis modis crucior sed cru
ciatus grate amplector tanq̄ miores meis
demeritis. me cum pie actum reputans. si
per eos liberer a penis eternis. Ideoq̄ sup
plex oro. vt tu dñe arguas et corripias me
nō in furore vel in ira. sed in pietate et mia.
ita vt pena mea sit. nō ab ira ad eternā vl-
tionē. sed a mia ad piā correctionē. Suffi-

tiant tibi dñe mala que patior in hac p̄senti vita. ne i futura infligas peiora ¶ Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi ¶ Sagitte tue sūt vindicte tue. scz dolores corpis et anime. quia sicut sagitte intendunt̄ et deinde infigunt̄ ita vindicte tue intense fuerūt i adam propter inobedientiaz. et inde nobis infixe sunt ꝓpter originalem culpam et penā multiplicem ¶ Ipe em̄ huius totius miserie fuit origo. nos ꝓpago. ¶ Vedve mihi. quia sagitte tue nō ad modicū tempus nec ad vnicū vulnus infixe sunt. sed diu et vsqz in finem seculi manēt. et multis modis in corpore et anima vulnerāt. ¶ Et sic in sagittis meis ¶ cōfirmasti sup me manū tuam ¶. id est. vindictam tuā quā ꝓpdolore eo vsqz cōfirmasti sup me vt possim dicere ¶ Nō est sanitas in carne mea a facie ire tue ¶ Corpo em̄ mortale corpus tot miserijs subditū. qō etiam cum sanū dicit̄. nō vere sanū sit. qō leuiter ledit̄. et sepius grauiter infirmat̄. ¶ Est autē hec multiplex miseria carnis mee. a facie ire tue. id est. ab instātia vindicte in adam inchoate originaliē. ¶ Quid plura? ¶ nō ē pax ossibus meis ¶ hoc ē in interioribus meis viribus. sed est cōtinua pugna ab infirmitate et rebellione carnis. et hō ¶ a facie peccatorum meor̄ ¶ qz huius miserie mee causa non solū est originalis culpa. sed simul cā sunt actualia peccata mea Vnde merito sequit̄ ¶ Quōm iniqtates mee supgresse sunt caput meū: et sicut onus graue grauate sunt sup me ¶ Quia em̄ iniqtates mee caput anime mee. id est. rectam rationez supgresse sunt et eleuauerūt caput meū supbuz. cōtra te deum meū. ideo tu dñe aggrauasti me graui onere penarū. sed hoc dñe non tibi sed mihi imputo. quia ¶ putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipiētie mee ¶ Ideo em̄ iniqtates mee supgresse sunt caput meū et grauate sunt sup me. quia cicatrices mee. id est. plage peccatorum meor̄ puta per baptismū sanate. puteruerūt cum ia peccato cōsensi. et corrupte sunt dū ia peccatū in actum ꝓduxi et hoc totum a facie insipientie mee. quia stulte gr̄am baptismalez ꝓdidi. nec eius viribus sapienter vsus fui; ¶ Et ideo ¶ Miser factus sum ¶ nō vna solū sed multiplici miseria ¶ afflictus et curuatus suz ¶ adeo deiectus ad terrena. vt me erigere nō valeam ad supna. ¶ Et nisi tu dñe me erexeris in hac miseria et in curuitate manurus sum et hoc ¶ vsqz in finem ¶. id est. vsqz ad mortem ¶ et tota die ꝓtristatus ingrediebar ¶ hoc est tota vita in hac manēs miseria. huius vite viam gradiēs ambulabā. non inueniēs sabbatū. id est. mētis requiē quā optabā. Nec mirū ¶ Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionib⁹ et nō est sanitas in carne mea ¶ Deu me miserz. nō ūmerito sum cōtristatus. qm̄ nō solū nō est sanitas in carne mea. nō solū temptatus suz ab infirmitatib⁹ et rebellionib⁹ carnis. sz etiam lumbi mei. id est. camalitas et sensualitas mea vexant̄ illusionib⁹ diabolicis nec solum pecco ꝓ carnis infirmitatez sed per diabolū fatigatōez. Quid plura? Non solum lumbi carnis mee. sed etiaz vires anime mee replent̄ illusionib⁹ diabolicis. Illusiones ei anime infinite sunt. que aliqñ vix orare sinūt. et ita nō est in toto hoie. vñ plena sit leticia. plenū cordis sabbatū. plena requies. donec anima illusionib⁹ exuatur et corpus sanitate imortalitatis induatur. Ꝓpterea clamat aplus. Infelix ego homo. quis me liberabit de corpe mortis huius? ¶ Et ideo nō ūmerito ¶ Afflict⁹ sum ¶ corpe simul et anima. ꝑfatis vexatus miserijs. et inde ¶ humiliatus sum nimis ¶ ꝓpe qz ꝓus supbus erā nimis. et ꝓpterea ¶ rugiebā a gemitu cordis mei ¶ Gemitus cordis et rugitus voce fieri solet. ego vo non voce sed gemitu rugiebā. id est. cum magno desiderio anime cōsolatōez querebā. non in verbo oris mei. sed in gemitu cordis ꝓrūpēs. ¶ Est em̄ gemitus cordis et gemitus carnis Omnis gemitus q̄ de exterioribus ē carnis est. qui vero ꝓ sabbato. id est. ꝓ spūali requie. quā caro nō obtinet. cordis est. ¶ Et qz hūc gemitū nō homo notuit sed deus. Iō ¶ Dñe ante te omne desiderium meū: et gemitus meus a te nō est absconditus ¶ sed merito exauditus. quia pius est et nō ꝓterrenis sed ꝓ celestibus. Sit ergo dñe desiderium meum ante te. id est. tibi gratum et acceptabile. audi et exaudi desiderium meū cū gemitu meo. accelera dñe et exaudi cito qz ¶ Cor meum cōturbatuz est ¶ et pauor ec terror cōcussum. et hoc ideo quia ¶ dereliqt me virtus mea ¶ scilicet virtus illa quaz habui au-

ē pēcatū meū. si em̄ hec mā sisset nihil terreret. Sed cur hec dereliquit me? q3 etiaz reliquit⁊ lumē oculoz meoz ⁊ ipm nō est mecū⁊ q3 tu deus meus. qui es lumen vez qđ illuminat omnē hoiez venientē in hūc mundū tu qui es spūale lumen oculozum meoz intellectualiū nō es mecum p gratiam tuam. sed dereliquisti me ꝓpter culpaz meam. Sed hactenus dñe tibi ꝓfessus suz mala que interius patior. nunc autē plango ea q̄bus exterius crucior. Nam⁊ amici mei ⁊ ꝓximi mei aduersum me appropi quauerūt ⁊ steterūt⁊ hi qui mihi esse debuerant ad humanū solacium. sunt mihi ad cumulū passionū⁊ et q̄ iuxta me erāt⁊ tanq̄ amici ⁊ ꝓximi⁊ a longe steterūt⁊ tanq̄ hostes ⁊ aduersarij. Et merito recesserā a me. quia peccando recessi a te. Merito pdidi humanā amicicia. quia pdidi diuinā gratiam. Non solum crucior a psecutione hominū sed a temptatōe demonū⁊ nā vim faciebāt qui querebāt animā meam⁊ demones em̄ qui animaz meam querunt ad eternam dānatōez. vim mihi faciunt p malignam temptatōez. ⁊ nō solum per seipos sed p ministros suos de quibus dicit⁊ et qui inquirebant mala mihi locuti sunt⁊ ca nitates ⁊ dolos tota die meditabant⁊ hi qui amici ⁊ ꝓximi esse debuerāt. inquirebāt mala mihi. meditādo contra me dolosa et vana loquūtur. id est. falsa ⁊ deceptoria ⁊ ba. Tales aūt dolosi ⁊ mendosi ministeriū exercent diaboli. qui pater est mēdacij. Ecce ergo quibus malis crucior. ⁊ his tamen quia maiora meruisse fateor. ideo iniurias ⁊ opprobria sine murmuratōe patior. Et hoc est qđ sequit⁊ Ego aūt tanq̄ surdus nō audiebam ⁊ sicut mutus nō aperiens os suū⁊ Nihil ad opprobria rndebā⁊ Et factus sum sicut hō nō audiens ⁊ non habens in ore suo redargutōes⁊ quia arguētes me nō redarguebā. sed redargutōes patienter ferebā. Sed quare hec oia tam patienter sustinui mala?⁊ Qum in te dñe speraui⁊ Ideo ꝓpter te patienter sustinui mala qm̄ nō in me. sed in te speraui bona. et q3 per patientiā pene speraui veniā culpe. iō⁊ tu exaudies me dñe deus meus⁊ dādo liberaliter veniā culpe. ⁊ psequēter gratiaz ⁊ gloriā. O magna patientie virtus cui dat venia peccatoz. ⁊ p veniā gratia meritoz ⁊ per gratiaz gloria pmioz. O salutaris medicina. per quaz in leticiam mutanē tristia ⁊ aduersa. Adhuc autem dñe ideo exaudi es me. nō de te sperādo diffidentē. sed in te sperando cōfidentem⁊ Quia dixi ne quando supgaudeāt mihi inimici⁊ Quia nō ex supba psumptōe. sed ex pia spei deuotōne dixi q̄ tu deus meus exaudies me. Et hoc dixi ne inimici mei. detractores mei. supergaudeāt mihi. si videāt me in te sperantez nō ꝓficere sed deficere. Merito em̄ cauent iusti ne de lapsu eoz exultent iniqui. Ideo sequit⁊ dum cōmouent pedes mei⁊ id est. dum affectiones mee labunt in peccatum ex humana infirmitate. irndēt impij ⁊⁊ super me magna locuti sunt⁊ irredēdo mihi ⁊ sup me magna scandala opprobria q̄ loquēdo. vbi potius si eēnt pij. mec debe rent compati infirmitate. eāq̄ excusando humane miserie humanit⁹ misereri. Q3 ad huc etiam dñe exaudies me⁊ Qum̄ ego in flagella paratus suz⁊ Sciens em̄ q̄ filium quē amas. ⁊ si qn̄q nō suauiter. tamē semper salubriter flagellas. Ideo tua flagella parat⁹ suz patiēter suscipe. nō ꝓtra ea murmurādo. sed meipm accusando. quia⁊ dolor meus in cōspectu meo semp⁊ dolor de peccato meo semp ē in ꝓspectu meo Semp de peccato meo doleo. dū peccatū meū contra meipm esse ꝓspicio. Et hoc ē qđ sequit⁊ Qum̄ iniquitatē meam ad nūciabo⁊ ipse? coram te contra me accusando⁊ ⁊ cogitabo p peccato meo⁊ ipm in me cogitatōne soliita corrigēdo. ⁊ a te tuaq̄ miseratōne soliita. curā medicinalē humiliter postulando Sed dum medicinā tuā peto o pie medice ecce quid ad curā meā p te fieri ꝓmittitur Ecce em̄ quid sequit⁊ Inimici aūt mei viuūt ⁊ ꝓfirmati sunt sup me. ⁊ multiplicati sunt q̄ oderūt me iniq̄⁊ O salutaris. sed ñ suauis medicina. O mirabilis. sed medicinalis cura. p tuā nāq̄ ꝓmissionē. ad meā fit ꝓbatōez. Fit inq̄ medicinaliter ⁊ saluberiter q̄ inimici mei ꝓspere viuūt in hoc mūdo. vbi i aduersitate laboro. ⁊ gemens rugio. Et qđ grauis ē. ꝓfirmati sunt super me in psecutōe. ⁊ qđ grauissimū ē q̄ oderūt me iniq̄. mala reddēres p bonis. nō pauci sed mltiplicati sūt ⁊ q̄tidie plures fiūt. Be

quibus subdit⁊ Qui retribuūt mala p bonis detrahebāt mihi: qm̄ sequebar bonitatem ⁊ Ipi vero econtra sectantur iniquitatem. Sed quia hec mala essent intolerabilia. nisi te iuuante ⁊ pio medicamie tuo cōfortante mihi fierent salubria ad curanda peccata ⁊ deo⁊ Ne derelinquas me domine deus meus ⁊ sed vt tu p̄misisti. qm̄ i te sperani libera me. qm̄ cognoui nomē tuū p̄tege me. quia damaui ad te. exaudi me ⁊ mecū sis in tribulatōne. eripe me ⁊ glorifica me. Et si forte ad tempus me aliq̄n̄ relinquere videaris. tamē ne discesseris a me penitus relinquēdo me sed potius⁊ intende in adiutoriū meū: dn̄e deus salutis mee ⁊ Adiuua me p̄ta hostes in pugna q̄ sine te qui es deus salutis mee nō potest esse in me salutaris victoria.

¶ Meditatio sup psal O

mo. Miserere mei deus.

Domine iesu xp̄e. cui est p̄prium misereri semp ⁊ pcere. Ego miser ad te misericordem accedo. ⁊ peccatoꝝ catena cōstrictus. tue pietatis miseratōe absolui desidero. Ego multaꝝ iniq̄tatū īmūdicia maculat⁹. ad te fontē mūdicie p̄fugio ⁊ meā īmūdiciā per tuā miaz emūdari supplico dicēs⁊ Miserē mei deus ſm magnā miaz tuā ⁊ Peto dn̄e magnā miaz tuā q̄ sentio magna miseriā meā. ⁊ peto magnā medicinā tuā cōtra magnam plagā meā. Peto multitudinē miserationis tue. cōtra multitudinē iniquitatis mee. Ido sequit⁊ Et ſm multitudinē miserationū tuaꝝ ⁊ ab initio seculi exhibitaꝝ que supant multitudinē q̄libet petōꝝ ⁊ dele iniq̄tatē meā ⁊ vt nullū remaneat in me peccati vestigiuz. Et hoc est qđ subdit⁊ Ampli⁹ lauа me ab iniq̄tate mea: ⁊ a peccato meo mūda me ⁊ Peto dn̄e n̄ solū peccata deleri. sz ampli⁹ lauari ⁊ lauādo pure mūdari. vt nō solū culpā opis sed etiā reatum voluptatis abstergas. Sed hoc peto. nō p̄ter aliquā iusticiā que sit in me. sz p̄ter magnā miaz. que est in te ⁊ multā miseratōez que est a te. In te em̄ est mia naturaliter in affectu. ⁊ a te miseratio multipliciter in effectu. ¶ Vt ergo misericors diter ignoscas. nō iusticie mee meritū allego. sz malicie mee p̄tm̄ agnosco. Et hoc est qđ dicit⁊ Qm̄ iniquitatē meā ego cognosco ⁊ Non ergo peto vt p̄ter miam tuam deseras iusticiā tuam. scio iustū esse vt peccatū meū puniat. sed ip̄m punio. vt tu non punias ip̄m. agnosco vt tu ignoscas⁊ peccatum meū contra me est semp ⁊ Quia peccatum meū non pono retro me ip̄m negligēdo vel dissimulādo. sed potius oppono cōtra me ip̄m cognoscendo ⁊ accusando ideo dico⁊ Tibi soli peccaui ⁊ malū coram te feci ⁊ Quid est tibi soli peccaui? Nōne peccaui. non solū tibi sed p̄timo? Nōne peccatum feci. non solū contra te deū meum. sed etiam contra p̄timū meum. sicut ⁊ dauid qui hoc dicebat. non solū in te sed in bersabee p adulteriū. ⁊ in viriam p homicidiuz peccauerat? Sed hoc ideo dicit. q̄ tu sol⁹ es qui das legis p̄ceptū. p cui⁹ p̄uaricatōez peccat⁊ vt iustificeris in ſmonib⁹ tuis ⁊ h̄. est. quia adeo iustus ⁊ verax es in vbis tuis. que p̄cipis vt iustificeris. id est. vt iustus ⁊ verax inueniaris⁊ vincas cum iudicaris ⁊ id est. supes eos in iusticia qui te ex supbis iudicāt contra p̄cepta tua murmurando. ⁊ te in eis quasi rigorosiz ⁊ iniustū accusando. Nō sic ego. sed ad te solum tanq̄ ad iustū iudicē p̄fugio. qui nō habes in te qđ accuset. Nō habes in te qđ reprehendat. sed solus existis qui omes iudices ita vincis vt in tui compatōne nullus iustus aut verax reputet. dicēte p̄pheta. Omnis hō mēdax. tu ergo solus deus verax. ¶ Tu ergo dn̄e. qui in tua veritate dixisti. quacūq̄ hora peccatoꝝ ingemuerit oīm iniq̄tatū eius nō recordabor tu veraciter imple qđ p̄misisti. vt iustificeris in tuis sermonib⁹ ⁊ quincas eos a quibus tanq̄ imisericors iudicaris. Tu ergo miserere. tu p miam iniq̄tatem meaz dele. Tu eam delendo laua ⁊ munda me. qm̄ de peccatis meis veniā postulans ingemisco dicens⁊ Ecce em̄ in iniquitatibus cōceptus sum ⁊ in peccatis cōcepit me mater mea ⁊ O magna miseria q̄ simul mecū orta est ab origine mea. iō merito ingemiscēs peto vt cures ⁊ sanes hanc magnam miseriā meam p tuam magnaz miam. Nec hoc ita dixerim. vt licitas nuptias cōdemnē. sed q̄ in omnibus trahē iniq̄tas ab adam. Nā hoc opus castū p̄p̄

